Et etiā q̄ntū ad circūstantiā ꝑctī: qz hō peccans z de venia cogitauit: z in aliquo decept⁹ est: vt in. ij. li. Ri. xxij. dicit. nō aūt angelus peccās. z sil'r q̄ntū ad occasionē ꝑctī quā hō habuit: qz alio suggerēte peccauit: nō aūt angelus. Quarta ex iusticia diuina: qz oēs illi ad quos corruptio ꝑctī ꝓmi hominis venire debebat: nondū erāt in actu sed in virtute tñ Et ideo nō decebat vt ꝓiusq̄ essent vltimā dānationē recipērēt: sicut oēs angeli actu existētes ꝓpꝛio arbitrio peccauerunt. Quinta ex misericordia diuina: qz tota natura humana lapsa erat in vno parente: nō aūt tota natura angelica. z ideo magis indecēs erat vt natura humana tota relinqueret sub dānatione q̄ natura angelica que non tota corruerat. Sexta vo z ꝓcipua est ex parte status vtriusq̄: qz hō nō peccauit in termino vie sue sicut angelus: cui ad ꝓpriam electionē status vie finitus est. z hoc cōsonat verbo Dama. q̄ dicit q⁹ hoc est hoib⁹ mors qō angel' casus. z de hꝰ in li. ij. dictū est. Ad tertiū dicendū q⁹ in creatione se habet creatura sicut effect⁹ ꝓductus in eē ꝓ creationē. z iō nō exigit vt a creatura aliquo modo opatio creationis exeat: sed q⁹ ad eam terminet. sed in recreatione creatura se habet vt satisfaciēs: qō sine ei⁹ operatione fieri nō pōt. z iō q̄uis creatio sit opus dei nō per aliquā creaturā: tñ oportet q⁹ recreatio ꝓ modū redēptionis facta sit opus dei naturā creatā assūmētis. Ad q̄rtū dicēdū q⁹ quāuis deus sit summe misericors: sua tñ misericordia nullo modo iusticie sue obuiat. Misericordia enī q̄ iusticiam tollit magis stultitia q̄ virtus dici debet: z ita deū nō decet. ꝓpter qō deus misericordiam infinitā sic manifestare voluit: vt in nullo ei⁹ iusticie derogaret: quod factū est oū ꝓ nobis hō factus est vt ꝓ nobis satisfaceret: in quo etiā eius abundantior misericordia ostensa est ad nos q̄ si peccatū sine satisfactione dimisisset inquantū naturā nostrā magis exaltauit: z ꝓ nobis mortē pertulit. nec tñ est simile de hoie z de deo ꝓpter duo. ꝓmo qz ipse deus est iudex omniū: ad quē pertinet iusticie ordinē seruare: nō aūt hō quilibet. vñ z iudex non debet ꝓpꝛio arbitrio peccata dimittere impunita. Secūdo qz cū deus sit ipsa bonitas ex hocipso est aliquod malū quod ꝺtra ipm est. z ideo cū pena non debeat actui nisi qz malus est: decet vt ipse se vindicet puniēdo ꝑctū quod contra ipsum cōmissum est. secus autem est de homine: vñ homo non debet punire quasi se vindicans: sed quasi deū vindicans si hoc ex officio habet. Unde dicitur Deutero. xxxij. Scōm aliā litteraz mihi vindictā z ego retribuam. Ad quintū dicendū q⁹ q̄ntitas peccati ex duob⁹ pōt pensari. s. ex parte dei in quē peccat. z sic infinitatē quandam habet ꝓut offensa dei est: qz q̄nto maior est q̄ offendit tāto culpa est grauior. vel ex parte boni quod corrūpit ꝑ peccatū. z sic q̄ntitas culpe finita est. s. inq̄ntū est corrupptio nature. z iō ad satisfactionē debitaz requirit actio hoīs q̄ ꝓportionet q̄ntitati culpe inquantū corruptio quedā est. z gratia cui⁹ virtus quodāmodo infinita est cū sufficiat ad merendum premiū infinitū per quā satisfactio ꝓpꝛtionat quantiti culpe ꝓut offensa dei est. z ideo ex se nō sufficit ad satisfaciendū: qz ex se gratiā habere nō potest. nec tñ deus crudel' est hanc satisfactionē exigēs: qz quāuis gratiā habere non possit ex se: z ita nec satisfacere: pōt tñ satisfacere ꝓ id quod deus paratus est dare. s. ꝓ gratiam. Ad sextū dicendū q⁹ q̄ntitas originalis z actualis mortalis potest dupliciter attendi. vel quantū ad ꝓncipiū: vel quantū ad bonū quod ꝑ vtrūq̄ priuat. ꝓncipiū aūt actualis peccati volūtas ꝓpria est. ꝓncipiū aūt originalis in isto est origo ei⁹ vitiata. vnde originale quodāmodo necessarium: sed actuale est omnino voluntariū. vnde plus habet de ratione culpe z vituperabilis. Bonū autē quod per actuale peccatū corrumpitur est bonum huius persone cui ꝓponderat bonum totius nature: quod per originale corrumpitur: quia bonum gentis est diuini⁹ q̄ bonum vnius hominis: vt dicitur ꝓmo ethic. Unde z originale peius erit q̄ actuale: vt sic, pos

set dici q actuale est magis culpa: z originale magis malum. actio autem satisfacientis vt prius dictum est proportionat quantitati culpe ex parte boni quod per culpā corrumpit: z ideo cū omnis actio sit persone: quia actus singulariū sunt: ideo ad satisfactionez pro actuali: sufficit actus cuiuscūq bois cum gratia diuina: nō aūt ad satisfaciendū pro originali peccato nisi actio illi⁹ bois plus valeret q̄z totum bonū humane nature: z hoc nō posset esse: si esset purus homo: z ideo oportuit esse deuz z hominē qui p originali satisfaceret. ¶ Vel dicēdū fm quosdā q etiā p actuali peccato nō sufficit purus hō satisfacere nisi p̄suppposita satisfactione xp̄i ex cui⁹ passione etiā antiquorū patrū satisfactio efficax fuit qui⁹ in fide ei⁹ saluabāt. ¶ Ad septimū dicendū q in peccato p̄mi bois persona corrupit naturā. vñ illud pctū potest dupliciter cōsiderari: vel quantū ad corruptionē boni psonalis: z sic primus homo p eo satisfecit adiutorio gratie dei vel inquātū fuit corruptio nature: et sic p eo adam satisfacere nō potuit: nec aliquis antiquorū patrū nisi solū inquātū corruptio nature in personā redundabat. Ex hac enim parte originale peccatū in antiquis patribus per fidē: decimas circūcisionē z sacrificia soluebat: z ideo decedētes: nondum ad visionē dei admittebant: nisi p̄⁹ per satisfactionē xp̄i: nature corruptio sanaret. ¶ Ad octauū dicendū q ipsa reparatio humani generis aliquo mō mediātib⁹ angelis facta est: ipsi enī nasciturū dīm annūciauerūt: vt dicit Luc.j. nō tñ satisfaciebat angel⁹ reparationē p̄ficere: q̄ satisfacere nō poterat pro tota humana natura: nec etiā debebat: q̄ ipse nō peccauerat: z ideo oportuit vt dictū est q̄ per deū boiem reparatio humani generis cōpleret. ¶ Ad nonū dicēdū q nulla creatura in quantacūq bonitate crearet pōt sufficere ad reparationē corruptionis humane nature p modū satisfactionis: cui⁹ rō pōt esse triplex. prima est: q̄ oīs creatura: totū quod pōt pro se deo debet: vnde nō relinquit sibi vt p alio satisfacere possit. secūda q̄ hoc requirit in satisfactione: vt q̄ō satisfactiōs reddit: p̄ponderet ei q̄ō per culpā ablatuz est: vel saltem sit equale illi: q̄uis aūt aliqua natura creata sit: vel possit esse melior natura humana: nō tñ natura ut aliq̄ psona in creata cōsiderata pōt adequare bonitatē toti⁹ nature humane bonū enim humane nature quodāmodo infinituz est per cōparationē ad suppposita inquātū natura humana in infinitū per generationē cōmunicabilis est: bonū aūt cuiusli⁹bet nature create z in se finitū est: z finit fm q̄ considerat in vno suppposito determinato: z ideo cum actus sint suppositorum: nō potest esse vt operatio alicuius creature valeat tñ quantū est totum bonū nature humane vt possit esse digna satisfactio p eius reparatione. tertia est: quia vt secūda dictū est humana natura in p̄ma sui cōditione accepit q̄dā per que supra statū suis p̄ncipijs cōgruētē eleuabat: sic immortalitatē quādā q̄ erat gr̄e nō nature: z alia huiusmodi sibi ex pura liberalitate dīna collata q̄ per pctū amisit. vñ ea repare erat ad gradū supiorē ipsaz eleuare in quo prius cōdita fuerat: nō ē aūt possibile eleuare aliquā nām ad gradū supiorē: nisi ei q̄ naturas cōdidit: z earū grad⁹ ordinauit z ideo soli deo possibile fuit naturam humanā reparare.



D tertiū sic p̄cedit. videt q̄ si hō nō peccasset deus incarnat⁹ fuisset: vt enī dī Deut.xxij. dei p̄fecta sūt opa: sz p̄fectio nō pōt ee nisi vltimū p̄ncipio ꝺiuga tur: vt sic q̄si q̄dā circul⁹ cōcludat z alteri⁹ additio fieri nō possit: cū g̃ ipe de⁹ sit p̄mū z hō sit vltima creaturarū decuit ad p̄fectionē vniuersi: vt etiā si hō nō peccasset de⁹ hō fieret. ¶ Ꝺ hūilitas ē p̄fecta virt⁹: vt dī in glo. sup Matth.iij. sup illud: sic decet nos implere oēm ius: sz oīs p̄fectio deo attribuēda ē: g̃ ipse p̄fectissimā hūilitatē hz: p̄fectissim⁹ aūt gradus hūilitatis ē vt aliq̄s se inferiori vl cōiūgat vl subijciat g̃ decuisset vt de⁹ aliquā creaturā assumeret: etiā si hō non peccasset. Itē Ro.j. Inuisibilia dei per ea q̄ facta sūt intellecta cōspiciūt: sz potētia z sapia z bonitas dei sūt infinita: g̃ decuit etiā si hō nō peccasset vt in aliquo effectu mānifestarent: sz potētia infinita nō manifestat nisi p effectū infinitū: nec sapia infinita nisi decorē infinitū: nec bonitas infinita: nisi per cōicationē infinitā: cū g̃ nulla creatura sit infinita: nec in ea sit infinit⁹ decor resultās ex forma z p̄portione partiū: nec iterū aliq̄ creatura cōicationē boni infiniti recipiat: videt q̄ etiā decuit boīe nō peccāte vniri deuz hoī: vt ex parte hois rō effect⁹ esset: z ex p̄te dei infinitas: z ex cōiūctione dīne nature ad creaturā infinit⁹ decor resplēderet: z infinitum bonuz ipsi nature humane cōmunicaretur. s. persone increata que in ea subsisteret. ¶ Item per peccatum non est in aliquo capacitas humana natura ampliata: sed post peccatum humana natura inuenta est capax tanti boni vt a deo assumeret in vnitatē p̄sone: ergo z ante peccatū hui⁹ dignitatis capax fuit: sz ad deū q̄ infinito amore diligit ea q̄ sunt: p̄tinet vt nullū bonū creature deneget cui⁹ est capax: g̃ ipe humanā nām assumpsisset etiā si hō nō peccasset. ¶ Itē nō ē credēdū q hō ex pctō aliq̄ō cōmodū repotauerit: sz maxima dignitas hūane nature ē in hoc q assumpta ē in vnitatē dīne p̄sone: ergo hoc p pctū hō cōsecut⁹ nō est: z sic idē q̄ō p̄z⁹. ¶ Itē cū hō ad btitudinē creat⁹ fit aīa pctū tot⁹ hō btificabilis erat: sz btitudo hois quātū ad partē sensitiuā erit in aspectu hūanitatis assumpte q̄tū vō ad partē intellectiuā in cōtuitu deitatis: assumentis: sic enī ingredief hō z egredief: vt Aug. exponit z pascua inueniet. Jo.x. g̃ etiā si hō nō peccasset hūanitas a deo assumpta fuisset. ¶ Ꝺ Ber. exponēs id q̄ō dicit Josue.ij. ꝓpter me orta ē tēpestas ꝛc. dic q̄ diabol⁹ vidit rōnalē creaturā assumēdā in vnitatē p̄sone filij dei z inuidit: z hec inuidia fuit cā casus ei⁹: z mouēs ipsuz ad tentādū hoīez: si aūt incarnatio nō fuisset nisi hoīe peccāte nō instigasset diabol⁹ hoīez ad peccādū: q̄ p hoc p̄mouisset eū ad bonū q̄ō ei inuidebat: g̃ etiā si hō nō peccasset: de⁹ fuisset incarnat⁹. Sz contra Aug. in li. de vbis apli. exponēs illud Matth.xviij. venit filius hois q̄rere z sal.fa. q̄ō pierat dicit si hō nō peccasset filius hominis nō venisset: sz ibi dīs loq̄t de aduentu in carnē: g̃ si hō nō peccasset filius dei nō eet incarnat⁹. Itē j. Thi.j. xp̄us iesus venit in hūc mūdum pctōres saluos facere. Ubi glo. Aug. dic q̄ nulla cā fuit dīo xp̄o veniendi nisi pctōres saluos facē: tolle vulnera: tolle morbos z nulla ē cā medicine sz remota cā remouet effect⁹: ergo si pctm nō fuisset filius dei nō fuisset incarnat⁹. ¶ P̄ aplus dicit Heb. ij. q̄ pueri cōicauerūt carni z sanguini z ipse similiter cōicauit eisdez vt per mortē destrueret eū q̄ habebat mortis imperiū: sz mors per pctm in hūc mūdū intrauit Ro.v. ergo si pctm nō fuisset: per incarnationē de⁹ carni z sanguini nō cōmunicasset. ¶ P̄ Grego. dicit: nihil nobis nasci p̄fuit nisi redimi p̄ fuisset: sed redemptio non fuisset nisi peccati seruit⁹ fuisset: ergo si peccatum non fuisset: filius dei temporaliter natus non fuisset. ¶ R⁰ dicendum q̄ huius questionis veritatem solus ille scire potest qui natus z oblatus est: quia voluit. Ea enim que ex sola dei voluntat dependent: nobis ignota sunt: nisi inquantum nobis innotescunt per auctoritates sanctorum quibus deus suam voluntatem reuelauit: z quia in canone scripture: z in dictis sanctorum expositorum: hec sola assignat causa incarnationis redemptio: scilicet hominis a seruitute peccati: ideo quidam probabiliter dicunt: q̄ si homo non peccasset: filius dei homo non fuisset: quod etiā ex verbis leonis pape in sermone de trinitate expresse habetur: si enī inquit homo ad imaginem z similitudinē dei fact⁹ in suo honore mānsisset creator mūdi creatura non fieret: aut sempiternus temporalitatē subiret: aut equalis deo patri dei filius formam serui assumeret. ¶ Item Augustin⁹ in oratione ad beatam virginem: vt quid enim nescium peccati pro peccatoribus pareres: si deesset qui peccasset: aut q̄d mater fieres saluatoris si nulla esset indigentia salutis. ¶ Item super illud Matth.j. ipse enim sal.fa. populū. fm Augu. si homo non peccasset.

virgo non peperisset. Alij vero dicunt q̄ cum per incarnationem filij dei non solum liberatio a peccato: sed etiā humane nature exaltatio et totius vniuersi consummatio facta sit: etiam peccato non existente propter has causas incarnatio fuisset: et hoc etiam probabiliter sustineri potest. ¶ Ad primū ergo dicendum q̄ vniuersum perficit in coniunctione vltimi ad principiū primum: non tamen oportet q̄ in coniūctione que est in vnitate persone: sed in coniunctione que est per ordinem ad finem. ¶ Ad secundū dicendum q̄ aliquid pertinet ad perfectionem hominis: quod omnino derogat perfectioni dei. vnde quānis humilitas sit perfecta virtus in homine: non tamen oportet vt in deo ponatur si proprie sumat̄ humilitas: quod patet ex speciebus superbie que ei opponunt̄: quarum prima est cum bonum quod habet quis tribuit sibi: hoc quidem in homine vicium est: quia nihil habet a se: sed in deo summe perfectionis est qui nihil habet ab extrinseco. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ in productione minime creature manifestatur infinita potentia sapientia et bonitas dei: quia quelibet creatura ducit in cognitionem alicuius primi ⁊ summi: quod est infinitum in omni perfectione: oportet vt potentia infinita per effectum infinitum manifestetur: nec bonitas infinita per cōmunicationē infinitam: sed sufficit ad ostendendum bonitatem infinitam hoc quod vnicuiq; iuxta suam capacitatem largitur. ¶ Ad quartum dicendū q̄ capacitas alicuius creature potest intelligi dupliciter: vel ſm potentiam naturalem que pertinet ad rationem seminalē: ⁊ sic nullam capacitatem nature vacuā deus dimittit in genere: q̄uis capacitas alicuius creature particularis nō impleatur propter aliquod impedimentū: vel ſm potentiam obedientie ſm q̄ quelibet creatura habet vt ex ea possit fieri q̄ deus vult: ⁊ hoc modo in natura humana est capacitas hui⁹ dignitatis vt in vnitatem diuine persone assumat̄: nec oportet q̄ omnē talem capacitatē adimpleat: sicut non oportet q̄ deus faciat quicquid potest: sed quod congruit ordini sapientie eius. ¶ Ad quintum dicendū q̄ sicut dicit apostolus Roma.v. vbi abundauit delictum superabūdabit ⁊ gratia. vnde non est inconueniens vt aliquod bonum deus ex peccato eliciat quod sine peccato non fuisset: vt patet in multis virtutibus vt in patientia: penitentia ⁊ huiusmodi ⁊ ita etiam ex peccato hominis hoc optimum deus potuit elicere: vt dei filius incarnaret̄ propter quod dicit Grego. O felix culpa que talem ac tm̄ meruit habere redemptorē. ¶ Ad sextum dicendū q̄ totius hominis est ipsa diuinitate in quam virtus intellectus imediate fertur: ex quo redūdat gloria in inferiores partes anime ⁊ in ipsum corpus: in visione autem humanitatis christi erit quoddam gaudium accidentale: sicut etiam in victoria passionis eius: et tamen constat apud omnes: q̄ si hō nō peccasset christus passus nō fuisset. ¶ Ad septimū dicendum q̄ si etiam ponatur q̄ diabolus preuiderit rationalē creaturam a filio dei assumendā: non tamen oportet q̄ preuiderat antecedentia ad ipsam: sicut etiam: vt ibidem Aug. dicit preuidit se futurum principem malorū: quod per suum casum cōsecutus est: ⁊ tamen suū casum non preuidit: vt in.ij.lib. dis.4. dictū est. ¶ Ad ea vero que in contrariū obiciuntur potest responderi ſm aliam opinionē q̄ auctoritates ille loquuntur de aduentu in carnem passibilem ad redimendum: redemptio enim nō fuisset nisi seruitus peccati precessisset: et non de aduentu in carnem simpliciter.

Ad quartū sic proceditur. videt̄ q̄ filius dei non debuerit suam incarnationē tm̄ differre: tempus enī incarnationis dicit̄ temp⁹ plenitudinis. ad Gall̄. iiij. Cū venit plenitudo tēporis ⁊c. sed plenitudo perfectionē importat: cū ergo perfectio vniuersi cōsumata sit die septima: vt dicit̄ Gen̄.j. videt̄ q̄ tunc debuit filius dei incarnari. ¶ Nē amor causat donū ⁊ celeritatē doni: sed deus ex maxima charitate incarnat⁹ est. Ergo videt̄ q̄ nō debuerit tantū incarnationez differre. Prima probat̄ per id qō dicit̄ Prouerb.iij. Ne dicas amico tuo vade ⁊ reuertere: ⁊ cras dabo tibi cū statim possis dare. Secundū per hoc qō dicit̄ Piere.xiij. in charitate ppetua dilexi te: ideo attraxi te miserans. ¶ Item quanto plus differt̄ medicina: tanto periculosius inualescit morbus: sed sapiētis medici est vt morbi periculū euitet: ergo videt̄ q̄ incarnationē suā dei filius accelerare debuerit. ¶ Item ꝑma Thi.ij. dicitur q̄ vult deus omnes hoīes saluos fieri: sed si christus ante incarnatus fuisset multis ad salutē magis via patuisset: vt dicitur Matth̄. xj. si in tyro ⁊ sydone facte fuissent virtutes que facte sunt in te olim penitentiā egissent: ergo videt̄ q̄ deus ante incarnari debuerit. ¶ Ꝑ vt Boetius dicit in libro de conso. natura a perfectioribꝰ initium sumit: ſz opus dei nō est minꝰ ordinatū q̄ opus nature: cū ergo perfectissimū in operibus dei sit incarnatio videt̄ q̄ circa principiū deus incarnari debuerit. ¶ Sz contra perfectio gratie magis assimilat̄ perfectioni glorie q̄ pfectioni nature: ſz perfectio gratie incarnationi debet̄: vt dicit̄ Joh̄.j. gratia et veritas per iesum xp̄m facta est: cuz ergo pfectio glorie fini seculoz debeat̄: perfectio vero nature ꝓncipio: videtur q̄ versus finē seculorū magis q̄ circa principiū de⁹ incarnari debuerit. ¶ Ꝑ Augu. dicit institutū est vt iam pacte sponse non statim tradant̄: ne vilem habeat marit⁹ dotā q̄ non suspirauit spōsus dilatā: ſz hoc beneficiū scilicz incarnationis debet homo maxime carum habere: ergo decuit vt humanū genus ipsum dilatū suspiraret. ¶ Ꝑ perfectio finī debetur: ſz temp⁹ incarnationis est temp⁹ perfectissimū: q̄ in eo dōs tēporis nat⁹ est. vnde etiā tēpus plenitudinis dicit̄ ergo videt̄ q̄ versus finem temporis incarnari debuerit. ¶ ‘Ꝛ’ dicendū q̄ incarnationi tēpus cōgruissimū tēporū dispensatoz elegit oīa enī tēp⁹ habēt: vt dicit̄ Eccl̄s.iij. hec aūt cōgruitas nō plene a nobis pōt cognosci qui nō oīum tēporū ꝓportiones cognoscim⁹: ſz tm̄ possunt plures rōnes cōgruitatis assignari: quare hoc tēp⁹ ad incarnationē elegerit. Prima q̄ homo per superbiā peccauerat. vnde oportebat q̄ per humilitatē repararet̄ ad quā exigebatur vt defectum suuz cognosceret in virtute ⁊ in cognitione: defectus aūt cognitionis innotuit homini tēpore legis nature quo tēpore multi lumine naturalis rōnis non obstāte in pessimos errores idolatrie prolapsi sunt ⁊ in nefandissima opera: defect⁹ aūt virtutis ꝓprie innotuit homini tēpore legis scripte: q̄ tunc per legē eruditus: nondū tamen peccati iugum excutere potuit: ⁊ ideo oportuit q̄ post ista duo tempora quasi ꝓparatoria de⁹ homo fieret vt in solo deo spes salutis haberet̄. Secūda ratio est: quia naturalis ordo est vt ab imperfecto ad perfectū veniatur: perfectissimū autez in operib⁹ dei est ipsa incarnatio per quam creatura deo vnitur in vnitate persone: ⁊ ideo oportuit vt non in principio humani generis: sed postmodū versus finē seculorum compleret̄: vt sic prius esset quod animale est: deinde q̄ spirituale est. j. Chorin. iij. Ar hanc causam Augu. assignat in libro. Sz. q. dicens: sicut absurdus est qui iuuenilem tantum vellet etatem esse in homine: euacuaret enim pulchritudines que ceteris etatibus suas vices atq; ordines gerūt sic absurdus est qui ipso vniuerso humano genere vnam etatem desiderat: nam ⁊ ipsum tanq̄ vnus homo suas etates agit: nec oportuit venire diuinitus magistrū cuius imitatione in mores optimos formaretur nisi in tempore iuuentutis: ⁊ ideo apostolus ad Gall̄. iij. dicit homines sub lege quasi sub pedagogo paruulos custoditos: donec veniret qui per prophetas ꝓmissus erat. Tertia ratio est: quia distantia a principio facit debilitatem in effectu. Vnde ⁊ propter longe distare a principio alique res: perpetuum esse non possunt retinere vt maneant semper eedem scōm numerū. vnde si hoc maximum remediū incarnationis in principio seculorū fuisset ꝓcedente tempore: effect⁹ eius in homines min⁹ carus fuisset refrigescente charitate: ⁊ ideo

a principio generis humani indita est mentibus hominum lex naturalis per quā homines deo subiecti essent postmodum vero inualescente consuetudine peccatorū lex naturalis adeo tenebrata est in plurib⁹: vt iam non videret ad regimen humani generis sufficere: & ideo tunc additum est aliud remedium: scilicet vetus lex: & ea que ad ipsam pertinent: qua etiā processu temporis in hominū cordib⁹ debilitata oportuit aliud pfecti⁹ remediū p incarnationē apponi vsq; ad tēp⁹ illud cū multorū charitas refrigesceret: & tūc succederet p fm aduētū visio fidei et stat⁹ glorie statui presentis ecclesie. & ideo dicit Dio. iij. c. Eccle. Jerarch. q; sic se habet gerarchia legis: ad nostrā gerarchiā: ita se habet nostra ad celestem. ¶ Ad primuz ergo dicendū q; est triplex perfectio: scilicet nature: gratie & glorie: perfectio aūt nature est: que fuit in principio seculorum: perfectio vero glorie erit in fine seculorū: & quia perfectio gratie media est inter vtrāq; ideo christus per quē gratia facta est: circa medium seculorū venit. vnde dicit Abac. iij. In medio annorū notum facies. ¶ Ad secundū dicendū q; amor discretioni cō iunctus nō facit accelerare donū: anteq; expediat ei cui datur: nō autē expediebat humano generi hoc donū accipere anteq; experimēto disceret: quantū eo indigebat: vt sic acceptū carius haberet. ¶ Ad tertium dicenduz q; aliter est in morbo spirituali q; corporali: ad sanationē enim corporalis morbi nō exigit: vt infirmus vim medicine & periculum morbi cognoscat: qō tamen maxime est necessariū in morbi spiritualis sanatione qui per humilitatē & cōtritionem spiritus sanat: & ideo quāuis medicina corporalis nō differat: medicina tamen spiritualis differri potest: nec tñ ita dilata est vt a principio penitus deesset: qz quādiu fuit morbus: fuit medicina morbi: vt Hugo de san. victo. dicit q̄uis illa medicina non sit omnino sufficiēs: sic enim & medicus corporalis egroto preparatoria quedā medicamenta prebet anteq; perfectam medicinaz det: & hic etiam fuit processus dei in sanatione humani generis. ¶ Ad quartū dicendum q; nullus qui predordinati erant ab eterno etiaz ante christi incarnationē perijt: nec etiam aliquis non predestinatus quādocūq; incarnatio fuisset: saluatus esset: si tamen aliquod remediū preberet non predestinato: quod predestinato datur: scilicet finalis gratia ille etiā saluaret: sed tamē hoc antecedens est impossibile ei: quod est euz non esse predestinatū. vnde sic est vera ista: si christus predicasset alicui prescito ille penitentiam egisset: sicut ista si gratia sibi daretur penitentiam ageret: sed vtriusq; antecedens est impossibile prescientie condamnationis: & ideo querere: quare christus illi nō predicauit: vel quare grām illi nō apposuit: est idem q; querere predestinationis causam que nulla est nisi voluntas dei. ¶ Ad quintū dicendū q; perfectū simpliciter precedit imperfectū: sed accipiendo perfectum & imperfectū: circa idem: imperfectum precedit perfectum: quia motus est de imperfecto ad perfectum: et hoc fit aliquo perfecto agente: qō oportz prius esse: & ideo in humano genere pri⁹ fuit adhibita impfecta medicina q̄s pfecta ab ipso pfecto deo q̄ ē pfectiōis pinceps: vt dic Dio.

Questio secunda.

Deinde queritur de assumente carnem: & circa hoc querunt quinq;. Primo vtrum vna persona possit assumere carnem alia non assumēte. Secundo si sic: quare magis fili⁹ carnē assumpsit. Tertio vtruz pater vel spiritussanctus potuerūt vel possint carnem assumere. Quarto si sic: vtrum potuerunt eandem numero humanaz naturam assumere. Quintū vtruz vna persona possit duas numero humanas naturas assumere.

Ad primū sic pcedit. videt q; vna persona sine alia nō possit carnez assumere. Damasce. enī dicit q; in diuinis oīa sunt vnuz preter ingenerationē generationē & processionē: sed incarnatio nullū horuz est: ergo incarnatio cōmunis est trib⁹. ¶ Item sicut est vna essentia triū personarum: ita vna operatio diuina: sed assumere carnem est quedā operatio diuina: ergo est cōmunis tribus personis. ¶ Item Damasce. dicit q; tota natura diuina in vna suarum yposta\sim incarnata est: sed quicquid dicitur de natura cōmune est tribus: ergo incarnatio cōmunis est tribus personis. ¶ Item quecūq; sunt vnū fm substantiā simplicem: cuicūq; vnitur vnū & reliquum: sed tres persone sunt vnū fm substantiā que est cōmunis & simplex: ergo si carni vnitur fili⁹ necessario & carni vnitur pater. ¶ Item maior est vnio que est per gratiam vnionis q̄s que est per gratiā adoptionis: sed in vnione per gratiā adoptionis nō vnitur menti vna persona sine alia: ergo nec vna persona assumpsit carnē sine alia. In contrariuz videt qō Dio. ij. c. de di. no. ea que ad incarnationem pertinent cōputat inter ea que sunt de discreta theologia: hec aūt sunt que vni persone cōueniunt sine alia: ergo incarnatio conuenit vni persone sine alia & nō omnib⁹. ¶ Item incarnatio includit in suo intellectu missionē: vt in littera dicit: sed ad hoc q; vna persona mittat non sequitur q; omnes mittant: ergo vna persona sine alia incarnari pōt. ¶ Ꝑ maior est distinctio rei & rationis q̄s distinctio rationis tantū: sed rationes diuersarum rerū in diuinis nō distinguunt nisi ratione. persone autē distinguunt & re & ratione: ergo maior est distinctio personarū in deo q̄s rationū idealium: sed de⁹ per vnā rationē aliquid operat: quod non operat per aliā: qz alia ratione facit hominē: & alia ratione facit equum: vt Augu. ait: ergo multo amplius vna persona pōt incarnari sine alia. ¶ Ꝓ dicendū q; quāuis tres persone sint vnū in essentia non tamen oportet q; si vna coniungit carni q; etiam alia. ¶ Ad cuius euidentiā sciendum est q; quando aliqua in aliquo coniunguntur & in aliquo distinguūt: tunc solum necessariuz est vt simul cōiungant: quando cōiunctio fit fm id in quo cōmunicant: siue illud sit idem numero siue non sicut patet q; homo & asin⁹ cōicant in animali: & ideo quicquid cōmunicat cū asino in genere: cōmunicat etiā cuz homine: sed qz homo & asin⁹ differētijs specificis distinguuntur: nō oportet q; quicquid cōuenit cū asino in differentia specifica cōueniat cū homine similiter: & ita etiaz est in potentijs anime: qz oēs radicant in essentia vna numero. vñ cū anima vniat corpori dupliciter: & fm essentiā vt est forma eius: & fm potentiā vt est motor ipsius: vel operās per ipsum: necessariū est vt aīa que vnitur oculo & quantuz ad essentiā anime uniquātū perficit oculū inesse specificato. et fm rationē visiue potentie: prout efficit instrumētū videndi: coniungat etiam ligue quantū ad essentiā aīe nō quantū ad rationē potētie eiusdē: eadē enī essentia aīe que ē in oculo: est in ligua: sz ibi fm potētiā vitiuā: hic fm potētiā gustatiuā: & qō plus est: aliqua potētia est que nulli parti corporis cōiungit quātū ad rōnē potētie vt intellect⁹: sed solū quantū ad rōnē essentie. Dico ergo q; tres persone distinguūt quidē in psonalitate: sz cōueniūt in natura: vnde quicqd vniret filio in natura: de necessitate vniretur patri nō aūt oportet q; si aliqd vniat filio in persona q; vniat patri. Nō enī ponim⁹ incarnationē filij eē hoc mō vt sit vnio facta in natura: sz solū in persona: & ideo non oportet q; ponam⁹ patrē incarnatū: sicut nō oportet q; si potentia visiua sit act⁹ corpis: q; intellect⁹ sit act⁹ corpis q̄s cuius cōueniāt in vna essentia aīe. ¶ Ad p̄mū ergo dicēdū q; incarnatio includit in se vnū illoz triū: qz incarnatio dic vnionē in persona filij cui⁹ psonalis ꝓprietas est generatio. ¶ Ad secūdū dicēdū q; assumere duo importat. s. actionē & terminuz vnionis. dicit enī assumere: q̄si ad se sumere: qcqd g̃ actionis importat in hoc vbo: totū est cōe trib⁹: verū enī ē dicere q; tota trinitas vnitit humanā naturā filio in psona: sz terminus vnionis est solum persona filij et non patris: et ideo filius carnē assumpsit & non pater nec spiritussanct⁹. ¶ Ad tertium dicendū q; de natura nō dicitur incarnatio fm se: sed ratione persone fm q; tota natura diuina incar-

nata est in vna persona filij: ꝛ ideo non oportet ꝙ incarnatio de tribus dicaꝫ. hoc enim est necessariuz in illis que dicuntur de natura ratione ipsius nature: non de illis que dicuntur de natura ratione persone ꝛ hoc propter idēptitatē essentie ꝛ persone: vt patet in primo scrip. dis. 33. arti. i. et in prima parte. q. 3. ar. i. sicut essentia diuina est persona filij nō tamen persona patris est persona filij. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ si esset vnio in substantia: vel natura sequeretur ꝙ tres persone essent incarnate si vna incarnaretur: nūc vero non est vnio facta in natura: vt scilicet ex diuina ꝛ humana fiat vnum sed in persona: vt sit vna persona in humanitate ꝛ diuinitate subsistens: ꝛ ideo ratio nō procedit: vt ex predictis patet. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ in vnione que est per gratiam adoptionis consideraꝫ vnio per operationem tantuz: quia scilicet deus aliquē effectum in nobis operatur: ꝛ quia operatio est communis tribus. ideo oportet ꝙ etiam vnio illa communis sit quāuis ſm ꝙ ille effectus appropriaꝫ vni persone vel alij: dicatur in mentez mitti filius vel spiritussanctus: sed in hac singulari vnione diuinitatis ad humanitatē non tñ notaꝫ ex parte dei operatio vel efficientia: sed etiam termin⁹ vt dictum est: ꝛ ideo non est simile.

Ad secundū sic procediē. videtur ꝙ non magis fuit conueniens filium incarnari q̄ patrem vel spiritū sanctū: sicut in mysterio incarnationis monstrata est sapientia in decentia reconciliationis: ita etiam monstrata est potētia in hoc ꝙ in infinituz distantia coniuncta sunt: ꝛ etiā bonitas in hoc ꝙ non despexit propria blasmatis infirmitatē: sicut dicit Damasce. sed sicut sapientia attribuitur filio: ita bonitas spiritui sancto: ꝛ potentia patri: ergo non decebat magis filium incarnari q̄ patrē vel spiritū sanctū. ¶ Item victoria potentie attribuitur: sed per incarnationem secuta est de hoste victoria: ergo incarnatio magis decebat patrem cui appropriaꝫ potentia. ¶ Item recreatio respondet creationi: sed creatio appropriaꝫ patri. Unde cum dicitur Gen. j. In principio creauit deus ce. et ter. deus creans exponiē pater: ergo ꝛ incarnatio per quaz recreatio facta est patri potissime conueniet. ¶ Item incarnatio ordinata est ad hoc vt nos adoptionē filiorū reciperemus. ad Gal. 4. sed adoptare proprium patris est: ergo patrem decebat incarnari. ¶ Item videtur ꝙ magis congruum fuerit spiritum sanctum incarnari: eoruz enim que magis vicina sunt decentior est cōiunctio: sed spiritussanctus est persona magis nobis vicina: vt dicit Augu. ergo spiritūsanctum magis decebat incarnari q̄z filiuz. ¶ Si incarnatio processit ex maxima charitate dei quā ad nos habuit: sed charitas est proprie spiritussanct⁹ vel etiā appropriate si essentialiter sumaꝫ: ergo spiritūsanctuz potissime decebat incarnari. ¶ Sed otra. In mente nostra sunt tria tres personas representātia: scilicet mens que representat patrem: noticia que est verbū mentis representans filiū: ꝛ amor qui representat spiritūsanctū: sed inter hec tria verbū mētis maxime est corpale: ſm ꝙ per vocē exteri⁹ sonat. ergo ꝛ incarnatio cōueniētissime verbū eternū decuit qō est ipse fili⁹ dei. ¶ Itē ſm philosophū. 2°. Metha. id qō est primū in vnoquoq; genere est causa eoz̄ que sunt post: sz filiatio p̄mo in filio dei inueniē: sicut ꝛ paternitas in deo patre: ex quo oīs paternitas in ce. ꝛ in ter. noīatur Eph. iij. ergo cōueniētissime fili⁹ dei incarnatus est: vt per ipsum adoptionē filiorū dei reciperem⁹. ¶ Si decētissima est cōiunctio sapiētie ꝛ humilitatis. vnde Prouer. xj. vbi humilitas: ibi sapiētia: sed sapiētia appropriaꝫ filio: ergo ipsum maxime decuit humilitas incarnatiōis. ¶ Ad⁹ dicendum ꝙ decentia incarnationis filij potest attendi: ꝛ ex pprijs ꝛ appropriatis ei⁹. ¶ In propriis aūt ipsius possunt cōsiderari quatuor scilicet ꝙ fili⁹ est: ꝙ verbū est: ꝙ imago: ꝙ media in trinitate persona: ſm aūt ꝙ imago cōuenientiaz habet cū eo qui reperādus erat. s. cū hoīe qui ad imaginē dei fact⁹ est. Gen. j. vnde decuit vt imago imaginez assumeret: increata creatā: ſm aūt ꝙ filius est ad modū reparationis que expleta est per incarnatiōis ꝛ passionis mysteria: ſm enī ꝙ ex alio est: qō quidē sibi ꝛ spiritui sancto cōmune est notaꝫ auctoritas patris respectu ipsi⁹: vnde cōuenit sibi ad patrez: ꝛ deprecatio: ꝛ satisfactio: ꝛ alia huiusmodi que in patre auctoritatē demonstrāt: sed ſm id qō in filio intelligitur determinat⁹ modus originis conuenit sibi nasci: vt qui in diuinitate est dei fili⁹: in humanitate sit virginis filius: vt nō sint plures filij in trinitate. ¶ Cōuenit etiā sibi inquantū fili⁹ naturalis est: vt per eum cuius est naturalis hereditas: alij in filios adoptent⁹ et coheredes fiant. Sed inquantū verbū est cōgruētiā habet ad officiū predicationis ꝛ doctrine: qz verbū manifestat dicentez: ꝛ ipse manifestauit patrē. Jo. xvij. Pater manifestaui nomē tuū hoīb⁹. Inquātū vero est media in trinitate persona cōgruit ad vltimū effectū qui est reconciliatio hoīs ad deū: decet enim vt qui est medius etiā sit mediator. ¶ Inueniūt⁹ etiā quatuor filio appropriata. s. sapiētia ꝛ virt⁹ ab apl̄o. j. Chorin. j. Xp̄m dei virtutē ꝛ dei sapientiā. Equalitas ab Aug. speties ꝛ pulchritudo. ab Hill. inquātū aūt sapientia est: congruit ad restaurationē: quia decet vt que in sapiētia facta sunt per sapientiā restaurent⁹: ꝛ etiā seruituti a qua homo liberādus erat qui in eā seduct⁹ quodāmodo deuenerat: ꝛ ideo decebat vt per sapientiam a seductore liberaretur. ¶ Ipse etiā homo peccauit per appetitus sciētie. vnde per sapientiā liberādus erat. Inquantū aūt est virt⁹ ꝛ brachiū patris: cōgruit ad victoriā de hoste capiendā. Luc. j. Fecit potentiā in brachio suo: inquantū vero est equalitas: congruit etiā morbo qui sanādus erat. vterq; enim. s. homo ꝛ diabol⁹ peccauerat appetēdo equalitatē: ille potentie: iste scientie: inquantū vero species ꝛ pulchritudo est: congruit reparationi: vt per ipsuz deturpatio imaginis per peccatuz inducta amoueaꝫ. ¶ Patri vero nō conuenit incarnatio p̄cipue ꝓpter proprietatē innascibilitatis: non enim decet vt qui in deitate est pater: in humanitate fit fili⁹: sic enim filius dei patris esset nepos v̄ginis: si ipsa virgo mater esset dei patris. Similiter etiā nec spiritui sancto cōuenit: ne filij nomē in plures personas transferaꝫ. ¶ Ad primū ergo dicēdū ꝙ in incarnatione ostēdit⁹ sapia potētia ꝛ bonitas ꝛ ideo efficientia incarnationis toti trinitati attribuit⁹: sed tamen opus qō deo incarnato debebaꝫ: per filium expleri decuit rationib⁹ dictis: ꝛ ideo tota trinitas carnem soli filio vniuit. ¶ Ad secūdū dicēdū ꝙ potētis nō est vt per potentiā min⁹ potentē vincat. hoc enim videt violentū ꝛ non laudabile: sz per iustitiā ꝛ sapientiā: ꝛ ideo per filiū debuit pater hostē vincere. ¶ Vel dicēdū ꝙ q̄uis potētia attribuatur patri: eo ꝙ ipse est principiū totius deitatis: tamē filius etiā dicit⁹ virtus patris per quā in creatura operaē. vnde ꝛ brachiū patris dicit⁹ vt exponit Greg. illud Job. xl. si habes brachiū sicut de⁹: ꝛ ideo decenter per filiū de⁹ pater diabolū vicit. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ tria opera tribus personis appropriant⁹: creatio quasi p̄ma patri qui est p̄ncipiū: nō de p̄ncipio: glorificatio que est vltim⁹ finis spiritui sancto rōne bonitatis: recreatio que media est filio qui est media in trinitate p̄sona. ¶ Ad quartū dicēdū ꝙ q̄uis p̄ris sit adoptare: tñ decēter nos p filiū adoptauit cui⁹ē hereditas: vt sic per verū heredē ipsa adoptatio acceptareē: ꝛ firma ostēdereē: ꝛ vt filij adoptiui haberēt verū filiū ducē quē imitterent⁹ illi quos p̄sciuit cōformes fieri imaginis filij sui vt ipse sit p̄mogenit⁹ in multis fratribus. Ro. viij. ¶ Ad quintū dicēdū ꝙ spūssanct⁹ dicit⁹ p̄sona maxime vicina nobis ꝓpter charitatē p q̄z nobis oīa dona donaꝫ: sz fili⁹ est magis nobis vicin⁹ quātū ad cōgruētiā incarnationis rōnib⁹ dictis. ¶ Ad sextū dicēdū ꝙ charitas dei est cā incarnationis: ꝛ ideo causalitas incarnatiōis q̄uis sit cōis trib⁹ personis appropriaꝫ tñ spiritui sancto: vt infra dicē dis. 4. nō tñ ex hoc sequit⁹ ꝙ spūssanct⁹ debuerit incarnari.

Ad tertium sic procedit. videtur q̄ pater carnem assumere non potuerit: quia vt dicit Anselmus. minimū incōueniens est deo impossibile: sed si pater carnē assumeret sequeretur inconueniens vt scilicet essent in trinitate plures filij quod in confusionem quandā vergeret personarū: ergo pater carnem assumere non potuit. ¶ Itē oppositā non possunt iungi in eodem etiam per miraculū sed in patre est quedam proprietas que dicitur innascibilitas fm quā dicitur nō esse ex alio cui nascibilitas opponitur: ergo non potuit pater de virgine nasci quod diceret si carnem assumeret. ¶ Item vt in littera dicitur filio missio est ipsa incarnatio: sed patri nō conuenit mitti. vt in primo lib. dis. 3. habitū est ergo nec incarnari potest. ¶ Item ab eo qui est infinite misericordie semper optima expectāda sunt que contingere possunt: sed cum totus mūdus per incarnationem vnius persone melioratus sit: si etiā pater incarnaretur multo amplius meliorabit̄: ergo si possibile est patrem incarnari hoc sperare debemus: sicut et antiqui patres incarnationem filij expectabant: quod est omnino absurdum. ¶ Ꝑ non est maior dei potentia quam sua voluntas cum vtrūq; sit infinitum: sed pater nunq̄ voluit incarnari: ergo nec incarnari potest. ¶ Sed contra. sicut dicit Anselmus. omnis necessitas et impossibilitas deo est subiecta: sed ei nihil est impossibile cuius voluntati omnis impossibilitas subditur: ergo patrem incarnari nō est impossibile. ¶ Item eorum que eque distant: eque possibilitas est coniunctio: sed humana natura equaliter distat a trib⁹ personis: distat enim a qualibet in infinitum: ergo si potuit eam filius assumere potest et pater. ¶ Ꝑ quicquid dignitatis cōuenit filio conuenit et patri: sed posse assumere carnem est dignitatis in filio: ergo et patri attribuendum est. ¶ Ad⁹ dicendum q̄ cum in agentibus ex libertate voluntatis executio potentie sequatur imperiū voluntatis et ordinez rationis. considerandū est: quando potentie diuine aliquid ascribit̄. vtrum attribuatur potentie fm se considerate: tunc enim dicitur posse illud de potentia absoluta: vel attribuitur sibi in ordine ad sapientiam et prescientiaz et voluntatem eius: tunc enim dicitur posse illud de potentia ordinata: ipsi ergo potentie absolute cum infinita sit necesse est attribuere omne id quod in se est aliquid et quod in defectum potentie non vergit. dico autem in se aliquid esse quia coniunctio affirmationis et negationis nihil est: nec aliquem intellectum generat q̄ dicit̄ homo et non homo simul acceptum quasi in vi vnius dictionis: et ideo potentia dei ad hoc se non extendit: vt affirmatio et negatio sint simul. et eadem ratio est de omnib⁹ que contradictionem includunt. dico autem in defectum potentie vergere que passionem potentie important: ex defectu enim potentie actiue ad resistendum contingit q̄ aliquid vel corrumpatur vel diuidatur vel aliquid huiusmodi. vnde et mollicies impotentia naturalis dicit̄ propter facilem diuisibilitatem: et ideo non dicimus deuz in natura diuinitatis posse pati vel mori vel aliquid huiusmodi: sicut non dicimus eum posse esse impotentem. huic autem potentie absolute considerate: quando attribuit̄ aliquid quod vult facere et sapientia sua habet vt faciat: tunc dicitur posse illud fm potentiam ordinatā: quando autem potentia se extendit quantū in se est ad illud quod sibi attribuit̄ quāuis nō habeat eius sapientia et voluntas: vt ita fiat: tunc dicit̄ posse illud de potentia absoluta tantū: sed in his distinguendū est: quia in his sunt quedam que habent alquid in se diuine sapientie et bonitati repugnans inseparabiliter coniunctum: vt peccare mentiri: et huiusmodi et etiam ista dicim⁹ deum non posse. quedam vero sunt que de se non habent inconuenientiam ad diuinam sapientiā: sed solum ex ordine aliquo sue prescientie quē deus in rebus statuit vel previdit fm suam voluntatē vt q̄ caput hominis sit inferius et huiusmodi deus potest facere: quia potest statuere aliuz ordinem in rebus fm quem fit conueniens: quod nūc fm istum ordinē qui rebus inest inconueniens videt̄. ¶ Sic ergo in his que diuine potentie attribui possunt: est quadruplex distinctio siue ordo. quedam enim nec ipsi potentie absolute attribuuntur. Unde simpliciter dicendum est deuz ea nō posse: sicut pati et contradictio simul esse. quedam vero ex se sapientie et bonitati eius repugnant: et ista non dicimus deum posse nisi sub condictione: scilicz si vellet. non enim inconueniens est: vt in conditionali vera antecedens sit impossibile. quedam vero de repugnantiā nō habent sed solum ab exteriori et talia absolute concedendum est deum posse de potentia absoluta: nec sunt neganda nisi sub conditione scilicet vt dicatur non potest si voluntati eius repugnat. quedam vero sunt que attribuunt̄ potentie: ita q̄ voluntati et sapientie eius congruūt. et hec simpliciter dicendum est deū posse: nullo modo ea nō posse. ¶ Dicendum est ergo q̄ patrem incarnari non est de illis que potentie dei absolute non subdūtur cum nec̄ contradictionem implicet nec̄ defectum aliquez incarnatio in persona incarnata ponat. est enim eadem dignitas patris et filij: et ratio eadem personalitatis: in vtroq; nec est etiam de illis que ex se inconuenientiaz habent: sed est de illis que habent inconuenientiaz propter ordinem aliuin a dei sapientia institutum: sed filium incarnari est in quarto ordine: et ideo simpliciter concedendum est, q̄ pater potuit carnem assumere et similiter spiritussanctus: loquendo de potentia absoluta. ¶ Ad primuz ergo dicendum q̄ hoc est impossibile: vt aliquid faciat deus et hoc sit inconueniens: sed tamen potest facere: vt illud quod modo est inconueniens fm vnum ordinem: fm alium ordinem fiat cōueniens: sicut potest carnem hoc modo formando assumere: sicut corpus viri de terra formauit: sic enim filij nomen patri non conueniret: nec etiam si pater filius diceretur esset de se repugnantiam habens cum fm diuersas naturas hec sibi attribuerentur. ¶ Ad secundū dicendum q̄ fm idem non possunt opposita eidem inesse: sed fm diuersa nihil prohibet. vnde quāuis patri conueniat innascibilitas fm naturam diuinam: posset tamen eidem inesse nativitas fm naturam humanam: sicut filio fm naturam diuinam inest q̄ sit pater virginis: cuius fm naturam humanam est filius. ¶ Ad tertium dicendum q̄ incarnatio filij dicitur missio: quia filius ab alio est: si autem pater incarnaret̄ ei⁹ incarnatio missio nō dici posset: sicut ostensio spiritussancti in columba missio visibilis ipsius dicitur: non autem ostensio patris in sono vocis. ¶ Ad quartuz dicendum q̄ tres persone nō sunt maioris bonitatis q̄z vna tantum: et ideo nihil plus vniuerso accresceret de incarnatione omniuz personarum q̄z de incarnatione vnius tantum vñ fuisset supfluū: et ideo q̄uis sit possibile patrē incarnari non tamen est expectandū. ¶ Ad quintum dicenduz q̄ potentia dei non est maior quantum ad essentiam q̄z voluntas: tamen ad plura obiecta se extendit potentia q̄z voluntas. vnde non sequitur si aliquid deus non vult q̄ illud absoluta potentia non possit.

Ad quartum sic procedit. videtur q̄ pater et spiritus sanctus non possint vnam et eandem numero naturam assumere. primo per hoc qō dicit Anselmus. in lib. de concep. virgi. plures persone nō possunt assumere vnum eundēq; hominem: sed si vnam naturā assumerent vnus homo assumptus esset a pluribus personis: ergo primum est impossibile. ¶ Item assumptio humane nature terminatur ad aliquaz vnionem: non autem ad vnionem in natura: quia oporteret vel alteram tantū remanere: sicut patet in coniunctione cibi ad cibatum. vel etiam neutrum vt patet in coniunctione elementoꝝ: in incarnatione vero vtraq; natura manet: vt Damascē. dicit. et sic p̄z q̄ nō pōt eē vnio in natura: g̃ oportz q̄ terminet̄ ad vnionē in psona nō ergo possunt esse plures psone vnā naturā assumētes.

¶ Preterea vt damascē. dicit in incarnatiōe veniēs ⁊ vnitum cōmunicāt sibi sua idiomata vt quicquid dicit̄ de filio hominis possit dici de filio dei: ergo si eadē natura humana a trib⁹ personis assumpta esset: demonstrato illo homine posse in eum dicere filium dei: ⁊ quicq̄d de filio dei dicit̄: ⁊ ecōuerso filiū dei esse hūc hominē ⁊ natū de virgine ⁊ huiusmodi oia: sed stante eadem positione possemus dicere q̄ hic homo esset pater: ergo esse patrē ⁊ quicquid est patris possunt predicari de filio dei qō manifeste cōfusionem induceret personarū. ¶ Preterea tres persone distinguunt̄ relationib⁹ ergo quod attribuit̄ alicui persone primo ⁊ per se ratione eius quod ad alteruz est nullo modo tribus personis potest esse cōmune: sed humanā naturā assumere conuenit filio ſm id quod ad alterū est: quia p̄mo ⁊ per se conuenit persone: nature autem p̄out est in persona: ergo assumere hanc naturā non potest esse cōmune tribus personis. ¶ Preterea vt in primo libro dictum est omnis quidditas vel natura que non est suum esse diuiditur ſm diuisionem suppositorum in ea subsistentium: quia esse habet ſm q̄ in supposito est: sed humana natura est quidditas vel natura que nō est suum esse. hoc enim solius dei natura est: ergo oportet q̄ diuidatur ſm esse ad diuisionem suppositorū in ea subsistentium: sed si tres assumerent humanā naturam essent tria suppositā in humana natura subsistentia: ergo essent tres humane nature: nō ergo vna numero humana natura a tribus personis assumi potest. ¶ Preterea si tres persone vnam naturā humanam assumerent: aut et vnus homo: aut plures: sed non plures: quia nō haberent nisi vnam animā ⁊ vnum corpus ergo esset vnus homo vt posset demonstrari iste homo est pater ⁊ filius et spiritussanctus: sed ille homo non potest supponere nisi personam patris vel filij vel spiritussancti: ergo persona patris esset pater ⁊ filius ⁊ spiritussanct⁹ vel persona filij vel persona spiritussancti quod est impossibile: ergo impossibile est talē assumptionē esse. ¶ Sed contra humane nature cōuenit esse assumptibilē ſm q̄ est ad imaginē dei: sed eadē numero humana natura est ad imaginem trium personaruz: ergo humana natura eadem numero a tribus assumi potest. ¶ Preterea maior est distantia diuersarū potentiarum anime ad inuicem que etiaz in absolutis distinguuntur q̄s diuinarum personarū que distinguuntur solum in eo quod ad aliud est: sed anima vnitur eidem membro ſm diuersas potentias: quod patet q⁹ organa aliorum sensuum sunt etiam organa tactus qui per totum corpus diffunditur: ergo ⁊ deus potest vniri homini: ita q⁹ tres persone vnam naturaz humanam assumant. ¶ Ꝑ eorum que magis conueniunt: facilior est vnio: sed humana natura assumpta a filio nō minus conuenit cum patre: sed etiam magis q̄s aliqua alia: ergo si pater potuit assumere aliam humanā naturam: vt dictum est ergo multomagis eandem. ¶ Ꝓ° dicendum q⁹ tres personas diuinas assumere vnam humanā naturaz in vnitate vnius persone est impossibile: quia contradictionem implicat: cum enim vnio dei ⁊ hominis nō possit fieri in natura: vt infra dis. v. probabit̄. oportet q⁹ fiat in persona: vt scilicet sit eadem personalitas assumētis ⁊ assumpti. vnde ponere vnā personam ex parte assumpti ⁊ tres ex parte assumentis est incōpossibile. Nec non potest etiam similiter esse vna vnitate vnius ypostasis vel suppositi ad minus quantūad secundam opinionem que ponit infra dis. 6. que ponit vnionē non tm̄ in persona: sed in supposito ⁊ ypostasi: sed q⁹ natura assumpta a tribus personis sit vna vnitate singularis nature: non est impossibile loquendo de potentia absoluta quātus non sit congruū ſm ordinem diuine sapientie: cuz vnius persone incarnatio ad reparationem mille mundorum sufficiat: dico autē vnitatem singularis nature si assumeretur vnum corpus ⁊ vna anima sibi vnita ex quorum vnione vna humanitas resultaret vt sic tres persone in vna natura assumpta conuenirent: sicut conueniunt in natura eterna. quidā vero econuerso contrariā opinionem tenent ⁊ ſm vtrāq; potest ad obiecta responderi. ¶ Ad primum ergo dicendum q⁹ Anſel. ibi accipit vnum hominē vnam personam humanā: hoc enim est impossibile ei q⁹ ponitur tres personas assumentes esse. ¶ Ad secundū dicendum q⁹ assumptio illa terminaret̄ ad aliquid vnum in persona: ita q⁹ non vni tantū persone vniretur: sed quia a qualibet triū personarū assumeretur in vnitate persone vt non esset alia persona hominis assumpti a tribus personis patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti: quasi homo per se inquantū homo sit persona: esset tamē alia p̄sona patris alia filij alia spiritussancti humanitatē eandem assumentiū. ¶ Ad tertium dicendum q⁹ cōmunicatio idiomatum intelligitur respectu alterius nature. vnde predicta positione facta: hic homo non cōmunicaret filio idiomata patris: sed soluz idiomata humane nature. ¶ Ad quartū dicendum q⁹ sicut supra in primo libro dictum est: in diuinis dupliciter est cōmunitas rei ⁊ rationis: cōmunitate rei nihil est ibi cōmune nisi absolutum: sed cōmunitate rationis est ibi cōmune hoc nomen persona vel relatio: ⁊ ita per hunc modum cōmunitatis potest cōmuniter cōuenire patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto vt vnusquisq; eorum trahat humanā naturam eandem numero in vnitatem persone sue. ¶ Ad quintū dicendum q⁹ tres persone non distinguuntur ſm esse: immo earum est vnum esse viuere ⁊ intelligere cuz esse non nisi ad essentiā pertineat: ⁊ ideo nō oporteret q⁹ natura humana a tribus personis assumpta ſm esse multiplicaretur: sicut multiplicatur in tribus personis humanis quarū nō est vnum esse. ¶ Ad sextum dicendū q⁹ cum termini substantiui significentur vel cōsignificentur pluraliter ex vnitate seu pluralitate forme signate dicerentur tres: vnus homo: si vnam humanā naturam assumpsissent: sicut propter vnam naturaz diuinam dicunt̄ vnus deus: ⁊ sicut dicit̄ rota trinitas vnus solus verus deus. ſm Augu. ⁊ Baruth. z. hic est deus ⁊ nō estimabitur alius ab illo: ita posset dici iste sol⁹ homo est pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus: ⁊ tunc iste terminus homo supponeret rem humane nature sine distinctione triuz personarum: sicut iste terminus deus supponit in predictis locutionibus rem nature diuine indistincte. et hec est suppositio sua naturalis: ⁊ quasi termini communis respectu trium personarū: suppositio autem qua supponit p⁹ patre vel filio est sibi accidentalis et quasi termini discreti. ¶ Ad ea que in oppositū obijciuntur ſm alios potest responderi q⁹ ad vnitatem nature sequeretur aliquo modo vnitas suppositi ſm eos ⁊ hoc esse non potest. vt dictū est.

QIrca primū querunt tria. Primo vtrū caro xpi in antiquis patribus fuerit pctō obnoxia: vel ab alia eoz carne fm differentiam puritatis z infectionis distincta. Secūdo vtrū caro xpi fuerit in antiquis patrib⁹ fm q̄ntitatē aliq̄d determinatū z materialiē in eis existēs. Tertio vtrū xps singulariter habeat inter filios abzae vt in eo decimatus non sit.

AD primū sic pceditur. videt qz caro xpi in antiq̄s patribus pctō infecta nō fuerit. corp⁹ enī celeste nō inficit nec alterat ex diuinctione ad aliud corpus. sed corpus xpi nature celestis fuit: quod videt ex hoc quod dicit de ipso Jo. iij. Qui de celo venit super oēs est. ergo caro xpi in antiq̄s patrib⁹ infecta eē nō potuit. ¶ Ps in lra dicit qz xps primitias nostre carnis assumpsit. sed caro humana in primo statu infecta non fuit: ergo xps assumpsit carnem nunq̄ prius infectā. ¶ Augu. x. sup Gen. dicit q̄ natura humana semp habuit simul cū vulnere vulneris medicinā. sed quod est corruptū nō pōt corruptiōis esse medicina: ergo in humana natura semp fuit aliq̄d non corruptū vel infectū vnde caro xpi formata est que medicina facta est totius humani generis. ¶ Ps nihil sanat a corruptione nisi in eo aliquid incorruptū remāserit sicut in egritudine animalis: cum cor remaneat sanum eius virtute membra prius egra sanant. sed corruptio humani generis sanabilis fuit: ergo in humana natura aliquid incorruptū remāserat. sed nihil est mundius in humana natura q̄ caro xpi: ergo illud de quo formata est caro xpi nunq̄ in patrib⁹ fuit infectū. ¶ Ps in diuinā sapientiā nihil coinquinatū incurrit: vt dicit Sap. viij. sed xps est dei virt⁹ z dei sapiētia: vt dicit. j. Corinth. j. ergo caro eius nunq̄ coinquinata fuit. Sed contra est q̄ magister in lra dicit carnē xpi prius q̄ assumeret pctō fuisse obnoxiam. Et idem habet a Hugo. de san. vic. in li. de sacramēt. ¶ Ps caro xpi nō processit ab abzaam nisi p semē ex quo cōceptus est Isaac. sed semen illud propter carnalem coitus concupiscentiam pollutū est originali infectione: ergo caro xpi anteq̄ assumeret infecta fuit peccato originali ¶ Ps distinctio qualitatis presupponit distinctionē naturē subiecte: cū contraria nō sint simul in eodem: nec ex eisdem principijs causent. sed caro xpi nō fuit distincta fm naturā a carne parentū a quib⁹ propagata est: ergo nec fm qualitatē puritatis z impuritatis. z sic idem quod prius. ¶ Ro. Oicendū q̄ circa hoc fuit duplex heresis. Una illoz qui dixerunt corpus xpi nō esse formatū ex eodem ex quo alia corpora hominū formant: sed q̄ filius dei corpus celeste secū attulit: z hoc modo p vterum virginis transiuit nihil ex ea sumens. Hoc autē est hereticū dupliciter. Primo qz derogat veritati scripture q̄ xpm ex muliere factū z natū dicit. nō enī ex ea factus diceret nisi ex ea aliquid traxisset vnde materialiter eius caro fieret. z sic nec beata virgo mater dei dici posset. Secūdo qz derogat veritati humanitatis xpi. cū enī ois forma determinatā materiā requirat: si corp⁹ xpi formaret ex materia alteri⁹ generis ab illa materia de qua formant corpus alterius hois: nō esset corpus eiusdem speciei cum corporibus alioz hominū. z ita hō equiuoce diceret: cū sit eētialis pars hois. ¶ Alius error fuit dicētiū q̄ caro xpi fm q̄ in parentib⁹ erat infecta nō fuit. Dicūt enī q̄ peccāte adā deus conseruauit in illo aliq̄d incorruptū z nō infectū per quod humana natura sanari posset. z hoc quidem transiuit eē sine aliq̄ infectione vsq̄ ad beatā virginē: z exinde formatū est corpus xpi. Hoc aūt erroneū reputant precipue propter duo. Primo qz fm hanc positionē xps nō eēt vere filius virginis: nec vere ex stirpe alicui⁹ patrū progenit⁹ nisi solū ex adam. illa enī pars que incorrupta in humana natura remansit in hominib⁹ alijs ab adā fuisset quasi extranea ab eis. soli autē ade cōnaturale quantū ad primū statū. Secundo qz tollit congruus satisfactionis ordo. sicut enī non erat decens vt p adam z ei⁹ successione corrupta aliquis satisfaceret qui ex illo genere nō esset: ita etiā nō eēt congruū vt naturā infectā satisfaciendo sanaret dei filius nisi hoc ipm quod prius infectū fuerat assumpsisset. Et ideo dicendū est q̄ caro xpi fm q̄ fuit in patrib⁹ z etiā in ipsa beata virgine peccato infecta fuit anteq̄ assumeret: sz in ipsa assumptione ab omni infectione peccati purgata est vt fm q̄ est actu caro xpi in ea nihil macule inueniat. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ xps dicit de celo venisse nō rone nature assumpte: q̄si dū q̄ xps dicit de celo venisse nō rone nature assumpte: q̄si caia vel corpus eius prius in celo fuerit assumpta: z postmodum p vterū virginis ad nos puenerit: sed quantū ad personam assumentē que quidē de celo ad nos venisse dicit: nō loci mutatione: sed visibil⁹ nature assumptione. ¶ Ad secūdū dicendū q̄ xps dicit primitias nostre carnis assumpsisse nō fm idētitatē rei: vt. s. natura carnis quā assumpsit semper in conditione primi status remanserit: sed quantū ad filiationē: qz caro assumpta put ofideratur actu caro xpi sine infectione culpe fuit: sicut z caro primi hois ante peccatū vt magister in lra exponit. ¶ Ad tertiū dicendum q̄ caro xpi in abzaam nō fuit vt medicina vulneris in actu: sed solū in potentia fm. s. q̄ ex eo propagari poterat illa caro ex q̄ medicina nostri vulneris facta est. z ideo non oportet q̄ fuerit ibi actu sine infectione vulneris: sed solū in potētia fm ordinē

quo caro xpi ex ea propagãda erat. ¶ Ad quartũ dicendũ q̃ aliquod corruptũ est reparabile dupliciter. Uel ſm potentiam passiuã tm̃: & sic oportet vt remaneat in eo aliq̃d nõ corruptũ. i. nõ p corruptionẽ annihilatũ: sicut dicit̃ de trariũ corrupti p aduentũ de trarij. oportet enĩ subiectũ remanere cũ possibilitate ad salutẽ q̃ recuperãda est. Uel ſm potentiam passiuã & actiuã simul: sicut hõ infirm⁹ curabil̃ est qñq̃ virtute actiua nature sue: & qz idem non patit̃ a seipso: necesse est vt in eo q̃ sic reparabile est sit aliq̃ pars nõ corrupta nec corruptioni subiecta sicut corr. dicendũ est ergo q̃ humana natura non erat reparabil̃ nisi ſm potentiã passiuã tm̃. & iõ nõ oportuit q̃ in ipsa remaneret aliq̃ pars corruptioni non subiecta: sed sufficit q̃ in ea remanserat id quod nature est cum possibilitate ad reparationẽ: subiectũ tm̃ corruptioni. ¶ Ad quintũ dicendũ q̃ caro xpi actu existẽs caro xpi nullo modo fuit infecta. eius enĩ emundatio a precedenti infectione saltẽ intellectu precedit assumptionẽ. vñ in diuinam sapientiam nihil inquinatũ incurrere potuit.

Ad secũdũ sic ꝓcedit̃. videt̃ q̃ caro xpi fuerit in anti quis patrib⁹ ſm aliquid demõstrabile determinatũ. Ut enĩ in lra ex Augusti. habet̃ caro xpi fuit in abraam ſm corpulentã substantiã. sed corpulenta substantia noĩat aliq̃d determinatũ demonstrabile: ergo p hũc modũ fuit caro xpi in abraam & in alijs. ¶ Ꝑ in formatiõe corporis xpi inuenium̃. s. ratio formatiõis q̃ est pncipiũ actiuũ in cõceptione: & materia de qua corpus xpi formatũ est. Sed ratio formationis nõ descẽdit ab adam vt Aug. x. super Gen. dicit: sed desup venit: qz quod in ea natũ est de spũ scõ ut Matth. j. Si ergo ista materia demonstrata in adam vl abraam nõ fuerit: nullo modo corpus xpi ex pnmis parẽtibus venit: quod est incõueniens: qz non pertineret ad eũ satisfacere pro peccato ade: sicut dictũ est: ergo oportet carnẽ xpi fuisse in abraam & adã ſm materiã determinatã. ¶ Ꝑ si hec materia determinata ex q̃ corpus xpi formatũ est non fuit in adam: hoc nõ potest eẽ nisi qz ex alimẽto sumpta est. alimentũ autẽ extraneũ est a natura humana: ergo caro xpi nõ est vere de natura humana: quod hereticũ est. videt̃ ergo q̃ materia carnis xpi nõ sit ex superfluo alimẽti sumpta sed ex pnmis parẽtib⁹ descenderit. ¶ Ꝑ maior est ouenies pij ad pncipiatũ. ſz si materia corporis xpi ex superfluo alimẽti sumpta est realiter fuit qñq̃ materia cibi cõmesti. nõ autẽ põt dici q̃ realiter fuerit in auo vel ꝑauo. etsi forte dicatur q̃ ibi fuerit sicut pncipiatũ est virtute in suo pncipio: ergo maior eẽt conueniẽtia carnis xpi ad alia quoꝝ carnes in cibũ sumpte sunt q̃s ad adã vel abraam: qõ est inconueniẽs: ergo idem quod pri⁹. ¶ Ꝑ illud quod in se mũdũ est non est natũ inficere aliud vt dicta virgo mundata fuit p pnmã sanctificationẽ ab originali infectione: ergo virtute alie ei⁹ nutrimentũ assumptũ inficere nõ potuit. nec als infectũ erat tali infectione q̃ extra humanã naturã nõ inuenit̃: ergo caro xpi nõ in btã virgine pctõ subiacuisset: quod est erroneũ vt dictũ est. ergo caro xpi ex superfluo alimẽti nõ fuit materialiter: & sic idem qõ prius. ¶ Sz contra. Xps nõ aliquo modo fuit in parẽtib⁹ quo alij homines ibi nõ fuerũt: ſz econuerso alij homines aliquo modo ibi fuerũt quo xps nõ fuit. ſz alij homines nõ fuerũt in pmis parẽtibus ſm materiã determinatã: ergo nec xps in eis hoc mõdo fuit ꝑbatio medie. alij homines nõ descẽdunt a suis parẽtib⁹ nisi mediãte semine. semen autẽ vt ꝑbat phs. xv. de aialib⁹: nõ est aliq̃d decisum qõ fuerit actu pars: sed est superfluũ alimẽti qõ ẽ potẽtia. totũ ergo aliorũ hominũ materia nõ fuit determinate in adã q̃si actu ps ei⁹ existẽs. ¶ Ꝑ generatio ex homine genereť. si ergo aliq̃ materia determinata sumat̃ ex q̃ois caro decisa sit: oportet q̃ infinitoꝝ materia in aliquo finito fuerit: hoc autẽ est impossibile: ergo impossibile est q̃ omniũ hominũ caro & xpi fuerit in adã ſm determinatã vl signatã materiã. q̃ autẽ impossibile sit sic ꝑbat̃. Cuilibet rei nãli materia determinatã q̃ntitatẽ exigit. nõ enĩ in q̃cũq̃ parua materia põt induci q̃cũq̃ forma. ſz infinita nõ pñt eẽ in aliquo finito nisi ſm q̃ntitatẽ nõ determinatã accipiant̃ diuisione fcã: ſz semp ſm eandẽ ꝓportionẽ vt. s. totꝰ sumat̃ dimidiũ & dimidij dimidiũ. & sic in infinitũ: sic enĩ ſm eandẽ ꝓportionẽ. secũdo acceptũ erit alter⁹ q̃ntitatis q̃ꝑ pmo acceptũ: ergo impossibile est q̃ infinitoꝝ corporũ naturaliũ materia sumat̃ ex aliquo vno finito in actu. ¶ Ꝑ in oĩ generatione naturale agẽs vniuocũ inducit formã suã in materiã q̃ pri⁹ tali nature subiecta nõ erat. ñẽ ignis in materiã aeris q̃ pri⁹ forme ignis subiecta nõ erat. ſz si materia ex q̃ ille hõ format̃ ſm aliq̃d signatũ in adã fuerit & in ceteris parẽtib⁹: nunq̃ ei⁹ materia fuiſſz humane nature nõ subiecta ergo iste modus generationis nõ eẽt ouenies ſm viã generationis natural̃. & sic idẽ quod pri⁹. ¶ Rᵒ dicendũ q̃ circa hoc sunt due opiniones. Una opinio dicit q̃ caro xpi et omniũ aliorũ hominũ fuit in adã ſm determinatã materiã hoc modo q̃ aliq̃ pars corporis ade fuit de q̃ p multiplicationẽ quãdã omniũ hominũ corpora formata sunt: aut sine pmixtione alicui⁹ extranei vt q̃dã dicũt: aut pmixto illi materie aliquo qõ ex alimẽto ouersum est. & de hoc q̃liter improbabile videat̃ in. ij. li. di. iij. dictũ est. Alioꝝ opinio est q̃ ꝑbabilioꝝ videt̃ q̃ alij homines nõ fuerũt in ꝑmo parẽte nisi ſm materiã originalẽ. & xps hoc modo in pnmis parẽtib⁹ fuit. Sed in hoc differt q̃ alij homines fuerũt in pnmo parẽte ſm rationẽ seminalẽ: xps aũt nõ. qõ sic videri põt in his q̃ p cõcubitũ generant̃ duo ocurrũt ad formationẽ corporis s. ꝑncipiũ actiuũ qõ est in semine: quod rõ seminal̃ dicit̃. aliud aũt est materia ex q̃ corpus format̃: quã mater ministrat. vtrũq̃ aũt horꝝ originaliter reducit̃ in pnmũ parentẽ. Qz enim in semine patris sit virt⁹ actiua ad conceptionem corporis humani est p virtutẽ nature humane quã pr̃ ꝑdis ꝓcreande a suo pr̃e accepit: & ille ab alio: & sic vsq̃ ad adã. & sic patet q̃ rõ seminal̃ eorꝝ q̃ sunt ex semine viri cõcepti originaliter ab adã descẽdit. silr etiã materia quã mater ministrat oportet q̃ sit ꝓparata per virtutẽ generatiuã ei⁹. rei enĩ generatio natural̃ req̃rit materiã ꝑpriã & determinatã. Virt⁹ aũt generatiua ipsi⁹ matris originaliter ab adam descẽdit: sicut & virt⁹ generatiua viri. & ideo illi q̃ ex mare & femina generant̃ descẽdunt originaliter ab adã. & ſm rationem seminalem: & ſm materiã. & qz vn⁹ modus essendi in: est ſm q̃ dicit̃ effect⁹ eẽ in sua causa efficiẽte: vt dicit̃. iiij. phisicoꝝ. ideo homines sic concepti dicunt̃ fuisse in adã & ſm rationẽ seminalẽ & ſm materiã originalẽ. In conceptiõe aũt xpi virt⁹ actiua nõ fuit nisi spũsanct⁹. materia aũt est p virginẽ ministrata debito modo ꝓpata. vñ patet q̃ originaliter materia corporis xpi descẽdit ab adã. nõ aũt rõ actiua in conceptiõe ei⁹ ab adã descẽdit originaliter. & ideo xps fuit in adã ſm rationẽ originalẽ: ſz nõ ſm materiã seminalem. ¶ Ad pnmũ ergo dicendũ q̃ cũ dicit̃ xps fuisse in adã ſm corpulentã substantiã: non est intelligendũ q̃ in adã fuerit p modũ corpulente substãtie. ſz qz ipsa corpulenta substantia corporis xpi aliquo modo fuerit in adã sicut in originali pncipio. ¶ Ad secundũ dicẽdũ q̃ materia corporis xpi nõ aũt rõ cõceptionis ei⁹ fuit in adã: nõ tm̃ materia illa fuit in adã in actu q̃si aliq̃ determinata pars ei⁹: ſz virtute tm̃ sicut res dicit̃ eẽ in suo pncipio effectiuo vni⁹ spẽi. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ q̃ materia corporis xpi assumpta est ex eo qõ de cibis a beata virgine sumptis in purissimos sanguines ei⁹ ouersum est. alimentũ aũt quãuis in pncipio sit extraneũ & dissimile: tm̃ in fine ẽ ouenies & simile: vt in. ij. de aĩa dicit̃. vñ nõ sequit̃ q̃ materia corporis xpi sit extranea humane nature. ¶ Ad q̃rtũ dicendũ q̃ similitudo & conuenientia magis attendit̃ ſm formã q̃ꝑ materiã: vt si ignis generet ex aere ignẽ: ignis generat⁹ magis conuenit cũ igne generãte cũ quo cõuenit ſm formam q̃ꝑ ex aere ex quo materialiter generat⁹ est. Silr etiã materia corporis xpi magis conuenit cũ

beata virgine z alijs patribus quoꝝ virtute effecta est pro/pria materia corporis humani q̄ cū rebus illis que in cibū sumpte sunt. ¶ Ad quintū dicendū q̄ per primā sanctifica tionē: vt supra dictū est: btā virgo a fomite mūdata fuit fm q̄ inclinat ad actus psonales. nō aūt remota est illa inclina/tio fm quā fomes est infectiu⁹ nature: ꝫ hoc factū est p secū dam sanctificationē vt quidā dicūt: z ideo illud quod erat in btā virgine vt ordinatū ad propagationē nature peccato obnoxiū erat quāuis erat a peccato mundatū fm q̄ ad pso nam pertinebat.

Ad tertiū sic procedit. videt q̄ nullus qui de stirpe abrae descēdit in ipso decimat⁹ sit. q2 vt dicit Aug. z. sup Gen. quod in eo decimabat curabat. ꝫ nul/lus in parētib⁹ curari vel sanctificari pōt: vt supra dictū est: ergo nullus in abraam decimari potuit. ¶ P sicut post tē/pora abrae in illis qui ex ei⁹ stirpe descēderūt valuit circū/cisio ad peccati originalis curationē: ita etiā ante ipsi⁹ tēpora valuit ad idē virtus sacrificioꝝ decimarū z oblationū: vt di cit Greg. in mora. sed q̄n abraam circūcisus est: nō propter hoc alios de stirpe ei⁹ descēdens circūcisus fuit: alis eos nō oportuisset iterū circūcidi: ergo nec abraam ante decimas ei⁹ filij decimati sunt. ¶ P decimari aut est decimas dare: aut ad decimas obligari: aut decima parte priuari: sicut di/cit granū decimatū a quo iam decima pars ablata est. Sed p̄mo modo nō potest dici q̄ aliquis in patre suo decimet. dare enī decimas est quidā actus psonal: ꝫ actus psonales nō trāsfunduntur a parētib⁹ in filios: sicut nec pctā actualia: ergo abraam dando decimas nō propter hoc fili⁹ eius deci/matus est q̄si dans decimas. Silr nec secūdo modo. Leui/te enī z sacerdotes veteris legis ab abrae stirpe descēderūt: qui tñ ad decimas dandū nō obligabantur: sed eos a pplo accipiebāt: ergo nec sic oēs filij abrae preter xp̄m in ipso de cimati sunt q̄si ad decimas obligati. Silr nec tertio modo: q2 decimatio respicit id quod est in actu distinctū. vñ triti/cū nō potest eē decimatū ex hoc q̄ semē decimatū fuit. sed filij abrae nō erāt in eo vt actu distincti: ꝫ tñ virtute: ergo nullo modo in eo decimari potuerunt. ¶ Sed otra est qō Aplūs ad hebre. vij. dicit: z in littera ex verbis Augu. habet. ¶ P decimatio quoddā signū seruitutis diuine est cū ad latriā ptinet. sed ꝓples in parente ad seruitutē obligat: serui enī sunt filii: si ex seruis parētib⁹ nascant: ergo abraam dan te decimas filij eius decimati sunt. ¶ Ulteri⁹ videtur q̄ etiā xp̄s in abraam decimat⁹ fit. Xp̄s enī nō habet habitu/dinē ad abraam nisi mediāte btā virgine. sed btā virgo fuit in abraam decimata: ergo z xp̄s. ¶ P decimatio ouenit fi/lijs abrae ex eo vt in lra habet rōne pcti originalis: q2 p cōcu piscentiā ex eo propagādi erāt. sed caro xp̄i in abraam fuit pctō obnoxia: vt in lra dicit: ergo z in eo xp̄s decimat⁹ fuit ¶ P decimatio est quidā actus figuralis. sed xp̄s videt ma/xime p decimā figurari rōne pfectionis xp̄i q̄ denario cōpe tit: ergo xp̄s precipue in abraam fuit decimat⁹. ¶ Sz otra. Aplūs hebre. vij. prefert sacerdotiū xp̄i sacerdotio aaron p hoc q̄ leui ex cui⁹ stirpe aaron descēdit abraam dante deci mas decimat⁹ est. sed xp̄s in hoc nihil amplius haberet q̄ aaron si in abraam silr decimat⁹ esset: ergo nullo modo in eo decimat⁹ fuit. ¶ P quod multiplicat miraculose: z nō virtute nature: nō est decimabile: vt patet. iiij. Regū. iiij. q2 helize⁹ nō precepit vidue vt de oleo quod miraculose mul/tiplicatū erat decimas daret. sed caro xp̄i ex abraam mira/culose propagata est: ergo xp̄s in abraam decimat⁹ nō fuit. ¶ R⁹ dicendū ad primā questionē q̄ illi q̄ ex abraam per cōcubitū descenderūt: in abraam decimati sunt. xp̄s aūt in eo decimat⁹ nō est: cui⁹ rō est q2 decimatio nō tñ erat act⁹ moral: sed etiā figural. est enī actus moral fm hoc q̄ pars quedā terre nascentiū z alioꝝ in vsum ministroꝝ dei z pau perū oferebat: vt eēt cibus in domo dñi: vt habet Malac. iij. Actus aūt figural est fm q̄ hoc quod figurat impfectio nē in eo q̄ decimas dat qui perfectionē ab eo cui dat expe/ctat. In numero enī denario est quedā pfectionis ratio fm q̄ limes quidā est. vñ nouenari⁹ impfectionē signat fm q̄ a denario deficit. z ideo qui decimas dat: in hoc q̄ nouē sibi retinet z decē alteri dat ofitet se imperfectū eē: z pfectio nē ab altero expectare. z inde est q̄ etiā decimatio quodā modo actus sacr̄al erat fm q̄ dicta real professio ex fide me diatoris ꝓcedebat: p cui⁹ pfectionē sacrata est humani ge neris impfectio q̄ erat p originale pctū: hoc enī figurando remediū q̄ ab otra originale pctū prestabat p modū sacri/la ergo decimatio q̄ abraam decimas dedit ostendens se li beratore indigere ad illos tñ ptinet ex eius stirpe descēdē tes qui impfectionē original pctī ex eo traxerūt: vt silr sicut ipse liberationē ab alio expectarēt: nō aūt originale pecca tū ab eo traxerūt nisi qui per concubitū ex eo descēderūt. so lū enī bi naturā humanā ab eo sicut a principio actiuo acce perunt: vñ z in eo fm rationē seminalem fuisse dicuntur. et propter hoc etiā simul cū natura nature vitiū otraxerūt ab adam vel abraam. xp̄s vo ab adam vel abraam nō p ocubi/tū descendens materiā humane nature ab eis habuit: q̄ vir/tute spūssancti in humanā naturā formata est. z ideo nō cō traxit originale peccatū: z ideo nō potuit figurari vt impfe ctionē habēs z liberatione indigēs: z propter hoc nō est de cimatus in abraam. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ in verbo Aug. hoc q̄ dicit curabat: nō designat curationē in actu: ꝫ curationis necessitatē. qui enī sic in eo erāt vt curatione in/digerēt in eo decimati sunt. ¶ Ad secundū dicendū q̄ nul/lus dicit circūcidi nisi fm q̄ actu aliq̄d patit. Decimari au tē dicit aliquis etiā fm prefigurationē. vñ nō est simile de decimatione z circūcisione. ¶ Ad tertium dicendū q̄ deci mari nullo hoꝝ modoꝝ accipit. sed ꝓput hic accipit q̄s prefigurari: liberatiōe indigere. hoc aūt prefigurabat abraam dante decimas de oīb⁹ qui pctī ori ginale ab eo cōtracturi erāt: sicut ipse a suis parētib⁹ otraxe rat vt eadē rōne impfectio liberatione indigēs in illis figu raret qua in se eam esse p decimarū collationē confitebat. ¶ Quartū z quintū concedim⁹. ¶ Ad secundā questionē dicendū q̄ xp̄s nullo modo in abraam decimat⁹ fuit: cuius ratio patet ex predictis. ¶ Ad primū ergo dicēdū otra hoc obiectū: q̄ q2 xp̄s nō descēdit ab abraam nisi mediante btā virgine: ideo sicut descendit a beata virgine: ita descēdit ab abraam. vnde cuꝫa btā virgine descēderit nō p concubitū: nec ab abraam p cōcubitū descēdit: quāuis beata virgo ab abraam p cōcubitū descēderit. vñ nō sequit q̄ si btā virgo in abraam decimata fuit q̄ ī eo xp̄s decimat⁹ fuerit. ¶ Ad secundū dicendū q̄ id quod est in potētia potest prefigura ri mundū vel īmundū. esse aūt mundū vel īmundū nō pue nit nisi rei actu existenti. q2 ergo quod in abraam actu erat totum peccato subiacebat: ideo caro xp̄i in abraam pctō ob noxia fuit. q2 vo ex abraam caro xp̄i nō sic propagāda erat vt ex eo infectionē originalem otraheret: ideo in eo xp̄s dei cimatus eē nō dicit: cū decimatio inq̄ntū figurale quoddā est referri possit etiā ad illud quod virtute erat in abraam. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ decima pars que deo redditur nō di citur proprie decimari: sed magis nouē partes a quib⁹ de cima sepat. z ideo xp̄s p decimā signat⁹ decimari nō dicit: sed alij imperfectionē contrahētes p nouenariū designati. ¶ Alia duo concedimus.

Questio quinta.

Deinde queritur de propagatione carnis xp̄i ex matre eius. Et circa hoc queruntur tria. Primo de mate ria ex qua conceptū est corpus eius. Secūdo de tēpore conceptionis. Tertio de sanctificatione concepti.

Ad primū sic proceditur. videtur q̄ corpus xp̄i non fuerit formatū solum ex purissimis sanguinib⁹ vir ginis sicut dama. dicit. Nor enim que specie conueniūt est materia eiusdem rationis: quia forma naturalis materiā de terminatā requirit. sed alioꝝ hominū materia est ex eo qō ex viro z muliere descindit. cū ergo xp̄s inquātū homo fue rit eiusdem speciei cū alijs hominib⁹; videtur q̄ corp⁹ eius

non solum ex sanguinibus matris virginis formatum sit. ℂ ℙ ad ro.j. dicit Factus est ei ex semine dauid ſm carnem. sed id ex quo fit aliquid est materia eius: ergo materia corporis xpi nō est sanguis: sed semen. ℂ ℙ in collecta dicit q deus verbū suū de virgine carnē sumere voluit. sed de illo corpus xpi formatū est quod de virgine sumpsit: ergo corporis xpi materia nō est sanguis sed caro. ℂ ℙ vt in ij. de generatione dicit que magis ꝺuenīūt facili⁹ inuicem transmutant. sed caro magis ꝺuenit cū carne q̄ sanguis: ergo ꝺueniēti⁹ est dicere corpus xpi ex carne virginis formatū esse q̄ ex eius sanguine. ℂ ℙ generatiua nō operat nisi ex eo quod resiꝺuū est nutritiue virtuti: cū nutritiua generatiue deseruiat. sanguis autē nō est resiꝺuū ab opere nutritiue: ymo est quo nutritiua indiget in via existēs ad nutriēꝺū membra: ergo sanguis nō potest eē materia a virtute generatiua ministrata ad cōceptionē prolis. ℣ sic idem quod prius. ℂ Sed ctra est quod dicit Dama. q ꝺiuina sapientia ex purissimis sanguinib⁹ virginis carnē sibi copulauit. ℂ ℙ corp⁹ xpi nō e formatū nisi ex materia quā virgo ministrauit: talem in natura qualem alie matres ministrāt ad ꝺceptū prolis. sed vt in .xv. de aīalib⁹ dicit: materia ex qua corpus cōceptū formatur quā mater ministrat est sanguis q̄ menstruū dicit: ergo ℣ corpus xpi ex sanguine formatū est. ℂ ℝ° dicendū q circa materiā de qua corp⁹ hois formatū est varie sunt opiniones. Quidam enī ꝺicūt q corp⁹ humanū formatur ex cōmixtione seminū. s. matris ℣ patris simul cū sanguine menstruo: ita q totū hoc sit materia corporis. hoc autē phs in .xv. de aīalib⁹ multipliciter ꝺestruit ostēdens q id quod ex viro ꝺescꝺit nō est materia humani corporis: sed solū principiū actiuū. ℣ p rationē ℣ experimēta sensibilia que magis in reb⁹ naturalib⁹ faciunt fidem: ℣ hoc p inspiciēti verba ei⁹. filr etiā ostendit q semē mulieris nihil facit ad generationē. vñ etiā ℣ q̄dā mulieres concipiūt sine hoc q seminēt. sed sanguis qui mēstruū dicit est in mulieribus loco seminis in viris. ℣ ſm hanc phi opinionē conuenientissime potest saluari partus virginis si ad conceptionē humani corporis nō nisi sanguis mulieris materialiter requiritur. nō enī credendū est q materie corporis xpi quod sine semine viri ꝺceptū est aliq̄ꝺ ꝺefuerit quod materialiter ad formationē humani corporis requirat. Constat etiā oīb⁹ virginitatē matris ꝺfitētib⁹ absq̄ oi humano semine cōceptionē illam peractā esse. ℣ ideo materia ex qua corpus formatur ℣ in xpo ℣ in alijs hoib⁹ est sanguis p virtutē generatiuā matris preparat⁹. Ille enī sanguis in mulierib⁹ est sicut semen in viris. vñ ℣ in eodem tpe hoc in viris ℣ illud in mulierib⁹ incipit. s. apud ortus piloꝝ ℣ aliorꝝ accidentiū q̄ sunt signa pubertatis. sz qz in muliere est calor generatiue deficiens: ꝺiminut⁹ respectu calozis viri: ideo nō potest in mulierib⁹ superfluū alimēti ad tantā ꝺigestionē perduci sicut in viris: propter quod remanet in forma sanguinis: sicut ꝺe multū coeunte vt sanguinē loco seminis emittat: vt in .xv. de aīalib⁹ ꝺicit quasi natura nō sufficiat ad tantū seminis ꝺigerendū quantū incontinētia querit. ℂ Ad primū ergo ꝺicendū q ſm phm in .xv. ℣ .xvj. de aīalib⁹ ꝺicit Illud qꝺ a viro emittit nō efficit materia in generatiōe: sed tiñ actiuū. vñ relinquit q ex solo sanguine mulieris materialiter corpus humanū formet tā in xpo q̄ in alijs hoib⁹. ℂ Ad secundū ꝺicendū q xps ex semine dauid dicit fact⁹ ſm carnē: nō sicut ex imediata materia: sed qz materia ex qua corpus xpi formatū est originaliter ex semine dauid ꝺescēdit. ℂ Ad tertiū ꝺicēdū q assumptio habet duos terminos. s. a quo ℣ in quē. ꝺicit ergo dei vbū ex virgine carnē assumpsisse nō quantū ad terminū a quo: quasi prius eēt in specie carnis q̄ assumeret: sed quantū ad terminū ad quē: qz materia illa simul assumpta est ℣ in carnem formata. ℂ Ad q̄r tū ꝺicendū q quāuis caro cū carne magis ꝺueniat ſm silitudinē spēi: tñ sanguis ex quo formatur corpus magis cōuenit cū carne ℣ reliquis partib⁹ corporis ſm proportionē potentie ad actū q̄ caro cū carne. sanguis enī ille est potētia totū ſm potentiā passiuā: sicut ℣ semen est potētia totū ſm potentiā actiuā. caro aūt non est potentia totū: cū sit actu pars vltimū complementū habens iam p vltimā ꝺigestionē. hec aūt ꝺueniētia precipue requirit ad hoc q aliq̄ꝺ ex aliquo fiat. ꝺom⁹ enī facili⁹ construit ex cemēto ℣ lapidib⁹ specie ꝺifferētib⁹ q̄ ex alia ꝺomo eiusꝺē speciei ex qua ꝺomus cōstrui nō pōt nisi in lapides resoluat. ℂ Ad quintū ꝺicēdū q sanguis qui humani corporis materia ponit non est absolute talis qualis p actū nutritiue generat ex cibo: sed hoc quod ꝺe illo sanguine resiꝺuū est ab vltima ꝺigestione. nutritiua in feminis generatiue ministrat que ipm preparat vt sit ꝺebita materia corporis humani.

AD secundū sic ꝓcedit. videt q conceptio corporis xpi nō fuerit subito: sz successiue cōpleta. Hebre. ij ꝺicit: qz xps ꝺebuit p oia fratrib⁹ similari. sed alij hoies qui fratres ei⁹ ꝺicunt ibidem successiue concipiuntur: ergo ℣ xpi cōceptio ꝺebuit eē successiua. ℂ ℙ temp⁹ generationis cuiuslibet rei est ꝺeterminatū ſm speciem suaz vt ex .ij. de genera. haberi potest. sed xps fuit eiusꝺē spēi cū alijs hoib⁹: ergo sicut alioꝝ hominū generatio ꝺeterminato tpe perficit: ita ℣ xpi. ℂ ℙ vt in .ij. de aīa ꝺicitur cuicūq̄ rei naturali ꝺebet ꝺeterminata magnitudo. sed corpus xpi nō potuit in principio cōceptionis sue habere tantā magnitudinē quanta nature hois ꝺebet: alias tpe illo nō creuisset in vtero virginis quo alij crescunt. vel minoꝝ tpe a virgine portat⁹ eēt q̄ alij hoies portant: quod nō tenet ecclesia. ergo in principio sue cōceptionis nondū erat in specie humana in qua fuit in termino cōceptionis: ergo principiū cōceptionis est aliud a termino ei⁹. oīs aūt mutatio que habet prius ℣ posteri⁹ est successiua: ergo cōceptio xpi fuit successiua. ℂ ℙ corpus xpi ex virginis sanguinib⁹ formatū est. aut ergo in eoꝺē instanti fuit sanguis ℣ caro: ℣ sic eaꝺē materia simul erit sub ꝺuab⁹ formis substantialib⁹ ꝺesperatis quod est impossibile. aut in alio ℣ in alio instanti. sed inter quelibet instantia est temp⁹ mediū: vt in .vj. phisicoꝝ pbat: ergo conceptio xpi tpe mensurat: ℣ non est subito peracta. ℂ ℙ concipi est quoꝺdā fieri sicut conceptū est quoddam factū esse. nihil aūt in permanētib⁹ simul fit ℣ factū est: alias simul aliq̄ꝺ eēt ℣ nō eēt. quod enī fit in permanētib⁹ nō est. quod aūt factum est iam est: ergo in carne xpi nō simul fuit cōcipi ℣ conceptū eē. ℣ sic fuit ibi prioris ℣ posterioris successio. ℂ Sed contra. Conceptionis principiū esse non potuit anteq̄ conceptionis actiuū in virgine esset. sed conceptionis actiuū fuit in ipsa ꝺiuina sapientia que ex sanguinib⁹ virginis carnē sibi copulauit: vt ꝺicit Dama. ergo non potuit prius conceptio incipere q̄ in vterū virginis ꝺiuina sapientia ꝺescēꝺisset. Sed sicut ꝺicit Grego. in moza. spiritu aꝺueniēte mox verbū in vtero mox intra vterū verbū caro factum. ergo conceptio carnis incipere nō potuit anteq̄ caro esset. sed ad speciem carnis terminata est conceptio: ergo non prius incepit conceptio q̄ terminata esset: ℣ ita sine successiōe fuit. ℂ ℙ conceptio xpi facta est virtute ꝺiuina q̄ infinita est. sed virtutis infinite est subito suū effectū producere: ergo cōceptio xpi subitanea fuit. ℂ ℝ° ꝺicendū q cōceptio christi ſm fiꝺem oportet q subito facta ponatur. nō enī humana natura prius assumpta fuit q̄ in sua specie perficeret: cū partes eius non sint assumptibiles nisi ratione totius: vt patet ex ꝺictis in .ij. ꝺi. proprietates autē ℣ accꝺentia humane nature non ꝺicunt ꝺe filio ꝺei ante assumptionē: ergo quicq̄ꝺ humanū ꝺe filio ꝺei ꝺicit completionem humane nature nō precessit. conceptio aūt ꝺe filio ꝺei ꝺicitur: vt patet in simbolo Qui concept⁹ est ꝺe spiritu sancto ℣c. ergo oportet vt conceptio in christo nō precedat tēpore completam naturā carnis eius: ℣ ita relinquitur q ſimul concipiebatur ℣ concepta est propter quod oportet illam conceptionē subitaneam ponere: ita q hec in eoꝺē in-

stanti fuerint. l. cõuersio sanguinis illius materialis in carnẽ ⁊ alias partes corporis xp̃i: ⁊ formatio membrorũ organicorũ: ⁊ animatio corporis organici: ⁊ assumptio corporis animati in vnitatẽ diuine psone. in alijs aũt hec successiue ptingũt: ita q̃ maris cõceptio nõ pficit nisi vsq; ad q̃dragesimũ diem: vt phs in. ix. de aĩalib⁹ dicit. femine aũt vsq; ad nonagesimũ. sed in complctione corporis masculi videtur Aug. superaddere sex dies: q̃ sic distinguunt fm eũ in epla ad Piero. Semen primis sex dieb⁹ q̃si lactis habet filitudinẽ. nouẽ dieb⁹ vertit in sanguinẽ. deinde duodecẽ diebus solidat. xviij. dieb⁹ formatꝫ vsq; ad pfecta membrorũ lineamẽta. ⁊ hinc iam reliquo tpe vsq; ad tps partus magnitudine augetꝫ. vñ vsus. Sex in lacte dies ter sunt in sanguine terni. Bisseni carnẽ ter seni membra figurãt. In xp̃i aũt conceptione materia quã virgo ministrauit statim formã ⁊ figuram humani corporis accepit ⁊ animã: ⁊ in vnitatẽ diuine psone assumpta est. ¶ Ad primũ ergo dicẽdũ q̃ xp̃s p oĩa fratrib⁹ assimilari debuit in his q̃ necessaria erãt ad eor̃ reparationẽ. huiusmodi aũt sunt ea in quibus veritas humane nature consistit. s. partes eẽntiales ei⁹: ⁊ proprietates naturales: ⁊ passiones quib⁹ opus redẽptionis explẽdũ erat. in alijs aũt excellere debuit vt hominũ saluator. ¶ Ad secũdũ dicendũ q̃ determinatũ tẽpus generationis alicui spẽi debitũ non ideo sequit veritatẽ spẽi in re generata: sed virtutẽ generantis in specie illa. ⁊ ideo quãuis xp̃s in veritate humane nature conceptus fuit: quia tñ cõceptio illa nõ est facta p actionẽ alicui⁹ virtutis humane: ideo nõ oportet q̃ idẽ temp⁹ debeatꝫ cõceptioni xp̃i quod cõceptionib⁹ alior̃. ¶ Adtertiũ dicẽdũ q̃ quãtitas determinata alicui⁹ speciei nõ est determinata fm aliq̃d indiuisibile: sed habet aliquã latitudinẽ: q⁹ in specie humana inuenit maior ⁊ minor q̃ntitas. ⁊ in eodẽ individuo fm diuersa tempora: ⁊ in diuersis: vt ad sensum patet. Minimũ aũt quantitatis in vno individuo est in primo instanti sue figurationis ⁊ animationis: que q̃ntitas adeo parua est q̃ parũ excedit quantitatẽ formice: vt dicit phs in. ix. de aĩalib⁹ q̃ in q̃dragesima die muliere patiẽte abortum inuentũ est corpus pfectis oĩa mẽbra distincta habere quãuis in quantitate eẽt sicut magna formica. maxima aũt q̃ntitas in aliquo individuo est in vltimo termino augmẽti. ⁊ sicut maximũ differt in diuersis: ita etiã proportionaliter illud minimũ. Potuit ergo eẽ vt corpus xp̃i in primo instanti cõceptionis perfecte figuratũ haberet quantitatẽ sufficientẽ sue spẽi: minorẽ tñ q̃ sibi deberet in principio sue humanitatis si naturaliter cõceptus esset respectu quãtitatis quã habuit in completa etate proportionaliter alijs hominib⁹: ita q̃ vsq; ad quadragesimũ aut quadragesimũ sextũ diẽ crescẽdo puenerit vsq; ad quãtitatẽ illam que in eo debuit esse minima proportionaliter alijs hominib⁹. ⁊ deinceps creuit sicut ⁊ alij homines crescunt: ita q̃ totũ temp⁹ quo in vtero matris fuit augmẽto corporis eius seruiuit: quod in alijs seruit diuersioni: figurationi: animationi: ⁊ augmẽto. ¶ Ad q̃rtũ dicendũ q̃ hoc est vniuersaliter verũ in quolibet motu ptinuo q̃ nõ est accipe vltimũ instans in quo id qõ mouet distet a termino ad quẽ quãuis posset accipi primũ instans in quo est in termino ad quẽ: vt patet ex. viij. phificor̃. Verbi gra si aliq̃d mouet de nigredine in albedinẽ in vltimo instanti tẽporis mensurãtis motũ illũ albedo inest mobili. vltim⁹ enĩ termin⁹ tpis respondet vltimo termino motus. sed in omni eo quod dicto tempore accipit q̃ vltimũ instans mobile ab albedine distat. nõ est autẽ accipere ante vltimũ instans tẽporis. Secundo vltimũ instans cũ inter quelibet duo instantia sit tẽpus mediũ: vt. vj. phificor̃ pbat. vñ nõ est accipere instans in quo id qõ fit albũ sit nõ albũ. Et hĩ est in mutationibus que quãuis nõ sint motus: tñ aliquẽ motũ ꝺsequunt: sicut generatio sequit alterationẽ: ⁊ illuminatio motum localem solis. nõ est enĩ accipere vltimum instans in quo id qõ fit ignis sit nõ ignis: neq; instans in quo aer qui illuminat fit tenebrosus eo q⁹ termin⁹ a quo in istis mutatiõib⁹ inest transmutato in toto tempore mensurãte motũ cui mutatio coniungit sicut termin⁹ nisi in illo vltimo instanti illius tẽporis. dico ergo q̃ cõceptio xp̃i quãuis nõ fit motus q⁹ successionẽ nõ habet: tñ ꝺiũgit cuidã motui locali saltẽ motui locali sanguinis materiat̃ ad locũ generationis: vbi vndiq; cõgregat⁹ est: ⁊ in vltimo termino illi⁹ motus materia illa fuit sub specie corporis xp̃i: ⁊ sic est accipere primũ instans in quo corpus xp̃i fuit. sed in toto tempore precedenti hoc instans erat sanguis: vñ non est accipere vltimũ instans in quo sanguis erat: sed vltimũ tempus. temp⁹ autẽ continuatur instanti sine hoc q̃ cadat aliquod mediũ: sicut nec linea lineam ⁊ punctũ necesse est mediũ cadere. vnde forma sanguinis ⁊ forma corporis xp̃i continue successerũt sibi in illa materia: neq; oportet aliquod mediũ tempus ponere vt cõceptio successiua iudicet̃. ¶ Ad quintũ dicẽdũ q̃ fieri ꝺupliciter põt accipi. Uno modo fm q̃ pertinet ad motũ pcedentem esse rei que fieri dicit̃: ⁊ sic oportet q̃ fieri rei precedat duratione factũ esse vt obiectio probat. Alio modo ꝺicitur fieri ipsa terminatio motus esse inducentis: sicut illuminari signat̃ p modũ fieri: ⁊ hoc ipsum quod dicit̃ terminari ⁊ huiusmodi fieri non precessit tempore factũ esse: nec differt ab eo nisi ratione. hoc enĩ quod est esse illuminatũ fi consideret̃ fm se signat̃ vt factũ esse: vt cũ dicit̃ illuminatũ. si autẽ consideret̃ p̃out est aliquid motus precedẽtis. l. termin⁹: sic signat̃ vt in fieri: vt cũ dicit̃ illuminari. ⁊ ideo non est verũ hoc dicere nisi in primo instanti in quo motus precedens terminat̃: quãuis semp postea verũ sit dicere hoc factum esse. sic autẽ acceptũ fieri nõ oportet q̃ sit non esse: sed q̃ sit nũc primo esse. ⁊ p hunc modũ de xp̃o verũ est dicere simul concipi ⁊ conceptũ esse. vñ nõ oportet q̃ cõceptio fuerit successiua.

Ad tertiũ sic procedit̃. videt̃ q̃ xp̃o sanctificari non conueniat: quia vt dicit̃ Hebre. vij.. talis decebat vt esset pontifex nobis qui non habet necessitatem quemadmodũ sacerdotes pri⁹ p̃o suis delictis hostias offerre: deinde p̃o populo. sed xp̃s sicut venit ozare ⁊ hostias offerre p̃o populo: ita ⁊ sanctificare populũ. ergo nec indiguit vt ipse sanctificaretur. ¶ P̃ in quolibet ordine primũ mouẽs est imobile. sed xp̃s est p̃incipiũ totius humane sanctificationis: ergo ipse sanctificat⁹ nõ est. ¶ P̃ omne quod fit fit ex ꝺtrario. generationes enĩ fm ph̃m ex ꝺtrarijs sunt: sed xp̃s ab omni peccato quod sanctitati cõtrariat̃ immunis fuit: ergo xp̃s sanctificari nõ dicit̃. Si dicatur q̃ caro eius anteq; esset assumpta fuit obnoxia peccato: vt in lra dicit̃. vnde rõne emundationis ei⁹ xp̃s sanctificari dicit̃. ¶ Contra. Hoc nomen xp̃s nomen est ꝓpriatis in duab⁹ naturis subsistẽtis: ergo nihil põt ꝺici de xp̃o qõ vnionẽ illã pcesserit. sz effectio cui in p̃rib⁹ caro ei⁹ obnoxia fuerat solũ antevnionẽ fuit: ergo rõne illa nõ põt ꝺici xp̃s sc̃ificat⁹. ¶ Sed ꝺtra est qõ dicit̃ Jo. x. Quẽ p̃ sc̃ificauit ⁊ misit in mundũ. sz spũat̃ sanctio cãergo xp̃s sc̃ificat⁹ ẽ. ¶ P̃ xp̃s ꝺicit̃ sanct⁹. sz dicẽdũ q̃ sc̃ificat⁹ est sc̃itatis: ergo ⁊ sc̃ificat⁹ ꝺici põt. ¶ R.⁹ dicẽdũ q̃ sc̃ificari est sanctũ fieri. põt aũt aliq̃s sanct⁹ fieri ꝺupl̃r. vel ex nõ sc̃õ. Ex sc̃õ iterũ ꝺupliciter. vel ex min⁹ sc̃õ magis sanctũ: vt dicit̃ Jo. xvij. Pr̃ sc̃ifica eos in vnitate. Apli tũc sc̃ificerãt̃. vel fm cõtinuationẽ sc̃itatis eadẽ q̃ntitate seruata: ⁊ hõ xp̃s põt eẽ sc̃ificat⁹: sicut ipse ibidẽ ꝺicit: Ego p eis sc̃ifico meipm. eo q⁹ cõtinuatio rõne successionis quẽdã modũ sc̃ificatiõis hz. sz h̃ mod⁹ loquẽdi nõ videt̃ ꝺsuet⁹: vñ sic de sc̃ificatiõe nõ loqmur. Ex nõ sc̃õ etiã ꝺicit̃ aliq̃s sanct⁹ fieri ꝺupl̃r. vl̃ ex nõ sc̃õ ꝺtrarie aut p̃uatiue: sicut p gr̃az pctõr sc̃ificari ꝺicit̃: ⁊ h̃ mõ xp̃s nõ põt ꝺici eẽ sc̃ificat⁹: q⁹ nõ põt accipi cũ ꝺsistentia subiecti defect⁹ sc̃itatis in eo fuisse. fit enĩ guẽdũ est: q⁹ vl̃ ꝺicit̃ ex nõ sc̃õ sanct⁹ fact⁹ rõne create sc̃itatis q̃ hois est: ⁊ sic ꝺicit̃ xp̃s sanct⁹ fact⁹ sicut ⁊ hõ fact⁹. aut rõne sc̃itatis increate: ⁊ sic ꝺicit̃ fact⁹ sanct⁹ p modũ quo hõ

dicitur factus deus. que vel est falsa: vel minus proprietatis habens q̄ prima. s. deus factus est homo: vt infra di. vij patebit. ⁊ ita concedi potest in aliquo sensu xp̄m sanctificatum esse. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ sicut xp̄s non indiguit vt pro se oraret vel hostias offerret: ideo nec indiguit vt hoc modo sanctificaret quo alios sanctificari venerat. s. per purgationē peccatoꝝ. per hoc tñ nō remouet quin ipse a tota trinitate sanctus sit factus homo cū prius nec homo nec sanctus homo fuerit. ¶ Ad secundū dicendū q̄ primū mouens in aliquo ordine mobiliū non oportet esse īmobile simpliciter: sed īmobile fm idem genus motus: sicut celū quod est principiū alterans. mouet quidē: sed nō alterat: nō enī est primū mouens simpliciter. silr etiā xp̄s fm q̄ hō non est primū sanctificās simpliciter: sed deus trinitas. est aūt primū sanctificans inquantū homo p modū satisfactionis pro peccato: ⁊ sic sanctificat⁹ nō est: aliquo tñ modo sanctificat⁹ est. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ nō oportet omne quod fit ex cōtrario fieri. sed solū quod fit p viam generationis ⁊ alterationis: oportet tñ omne quod fit ex incontingēti fieri: vt in primo phisicoꝝ dicit. quod nō ontingit simul in eē. sic aūt ontingēs nō est solū ontrariū vl priuatio: que requirūt subiectū: sed etiā negatio ofistentiā subiecti nō requirit. et sic nō sancto xp̄s fact⁹ est sanct⁹: vt dictū est. ¶ Quartū cōcedimus: qr ratio illa non valet: Obnoxia fuit pctō in materia. ¶ Sz cōtra. Quod nō est nō potest eē pctō obnoxiū. sed caro xp̄i nō fuit nisi in ipso: ergo falsum est quod hic dicitur. ¶ Dicendū q̄ quāuis caro xp̄i actu non fuerit nisi in ipso: tñ materialiter fuit in beata virgine ⁊ in alijs: sed differenter: quia in beata virgine preexistebat materia illa essentialiter: sed in alijs prioribus originaliter tñ: vt dictū est. ⁊ fm illum modū quo in vnoquoq̄ fuit sic peccato obnoxia erat. Ita ⁊ leviticus ordo. Videt q̄ ratio Apostoli non valeat. potest enī cōtingere q̄ pater pape alicui simplici sacerdoti decimas soluerit: nec propter hoc papa sacerdote illo minor esset. ⁊ sic non videt sequi si abraam melchisedech decimas soluerit q̄ ꝓpter hoc leuitic⁹ ordo melchisedech minor fuerit. ¶ Sed dicendū fm quosdā q̄ Apostol⁹ procedit ex suppositione hui⁹ q̄ abraam tota posteritate sua maior fuerit. vñ si melchisedech maior fuerit q̄ abraam: p consequens maior fuit q̄ leui vel aaron. sed qr hec suppositio vel dubia est vel falsa saltē propter beatā virginē. Ideo melius dicendū q̄ Apl's nō intēdit ꝓbare q̄ melchisedech personaliter maior fuerit q̄ aaron: sed q̄ sacerdotiū xp̄i figuratū per sacerdotiū melchisedech maius est q̄ sacerdotium aaron. vñ virtus rationis Apli fundatur sup figurā. figura enī abraam decimas melchisedech dans q̄ ipse cum tota sua posteritate minor eēt sacerdotio xp̄i p melchisedech figurati. Scōm rationem seminalem erat. Semen vt dicit phs. v. phisicoꝝ est in genere causē efficiētis. vñ illi dicunt in abraam fm rationē seminalem fuisse qui cōcepti sunt p virtutē actiuā ex abraam originaliter descēdentē: quod de xp̄o dici nō pōt: vt ex dictis pz. Nō enī videt concupiscētia Istud pōt intelligi dupliciter. vel ita q̄ ocupiscētia ⁊ gra sint noiatiui casus. sic enī ocupiscētia dicit mater eoꝝ q̄ p cōcupiscētiā nascunt. ⁊ gra mr xp̄i qr p gra nat⁹ est. vel pōt itelligi q̄ sint ablatiui casus vt intelligat q̄ mat xp̄i nō genuit eū p concupiscentiam: sed p gratiam. ⁊ sic locutio propria manifestat. Quia dicūt phisici tot: Doc potest aliter exponi q̄ magister infra exponit vt intelligatur completio corporis humani non solum quantū ad figurā: sed etiam quantū ad debitam quantitatem vt per hos quadraginta sex dies totum tempus vsq̄ ad partū intelligatur. quadraginta enim ⁊ sex fi per senarium qui numerus est perfectus multiplicentur resultāt. ccl xxvj. dies: ⁊ tot dies computant ab octauo kalendas aprilis quādo christus conceptus est vsq̄ ad octauas kalendas ianuarij quando christ⁹ natus est. ⁊ hoc accipitur ab Augustino.

DISTINCTIO .IIII.

¶ Quare in scriptura sacra sepi⁹ tribuat incarnatio que est opus trinitatis spiritui sancto: ⁊ de ipso etiam conceptus ⁊ natus xp̄s dicatur.

Quoniam vo incarnatio verbi sicut in superioribus tractatū est operatio vē sit p̄ris ⁊ filij ⁊ spūssancti: inuestigatiōe nobis dignū videt: q̄re in scriptura spūi scō hoc opus sepi⁹ attribuat: ⁊ de ipso xp̄s p̄cept⁹ memoret ⁊ natus. Nō enī ideo operatio incarnationis spūi scō sepi⁹ attribuit q̄ ipse solus eam sine p̄re ac filio fecerit: sed qr spūssanct⁹ est charitas ⁊ donū p̄ris ⁊ filij: ⁊ ineffabili dei charitate verbū dei caro factum est: ⁊ inestimabili dei dono filius dei vniuit sibi formā serui. Nō igit frequēs denoiatio spūssancti ab illo opere patrē vel filiū secludit: sed pot⁹ vno nominato tres intelligunt: sicut sepe fit in alijs operibus. vñ Aug. sup hoc mouēs questionē in hūc modū eandē determinat in Enche. ita inquiēs.

¶ Propositio questionis.

Quoniam illam creaturā quā virgo concepit et peperit: quāuis ad solaz personā filij ptinēte tota trinitas fecerit: neq̄ enī separabilia sunt opera trinitatis: cur in ea faciēda spiritussanctus solus nominat⁹ est. an etiam qñ vnus triū in aliquo opere nominat vniuersa opari trinitas intelligit. Ita vere est: ⁊ exemplis doceri potest. Audistis propositam questionem eiusdēq̄ solutionez vel expositionem.

¶ Quo sensu christus dicatur conceptus ⁊ natus de spiritu sancto.

Sed in hoc diutius immorandū. Illud enī mouet: quomodo christus est dict⁹ natus de spiritu sancto: cum filius nullo modo sit spiritussancti: Nunquid dicturi sumus patrez hominis christi esse spiritum sanctum vt deus pater verbum genuerit: spiritussanctus hominē: ex q̄ vtraq̄ substantia xp̄s vnus esset: ⁊ dei patris filius fm verbū: ⁊ spūssancti filius fm hominē: eo q̄ eū spiritussanctus tanq̄ pater eius de matre virgine genuisset. Quis hoc dicere audebit cū hoc ita sit absurdum vt nulle fidelium aures id valeant sustinere. Proinde cum confiteamur xp̄m natum de spiritu sancto ex maria virgine: quomodo nō sit filius spiritussancti: ⁊ sit filius virginis: cum ⁊ de illo ⁊ de illa sit natus: explicare difficile est. Proculdubio nō sic de illo vt de patre: sic aūt de illa vt de matre natus est. non est aūt concedendū quicquid de aliq̄ re nascitur continuo eiusdem rei filium nuncupādum. vt enī omittam aliter de homine nasci filiuz: aliter capillum: aliter pediculum vel lubricū: quorum nihil est vilius. vt ergo hoc omittam: quoniā tante rei deformiter comparant certe qui nascuntur ex aqua ⁊ spiritu sancto: non aque filios eos recte dixerit quispiam: sed dicuntur filij dei patris ⁊

matris ecclesie. Sic ergo de spū scō natus est xps: nec tñ filius est spūssancti. Sicut ecōuerso nō oēs qui dicunt alicui⁹ filij consequēs est ut de illo etiā nati esse dicant: ut illi qui adoptant. Dicunt etiaz filij gehēne: non ex illa nati: sed etiā in illam prepa rati. Cū itaqz de aliquo nascit aliquid: z non ita ut sit filius: nec rursus ois qui dicit fili⁹ de illo sit na tus cui⁹ dicit filius: profecto modus iste quo nat⁹ est xps de maria virgine sicut fili⁹: z de spū sancto non sicut filius: insinuat nobis gratiaz dei qua hō nullis precedentib⁹ meritis in ipso exordio natu re sue quo esse cepit verbo dei copularet in tantaz persone vnitatē: z idem eēt filius dei qui fili⁹ hois: z filius hois qui filius dei. z sicut in nature huma ne susceptōe fieret quodāmodo ipsa gratia illi hoi naturaliter qua nullū possit admittere peccatū. q gratia ideo per spiritū sanctū est significata qz ipse proprie sic est deus ut sit z dei donū. Per hoc ergo q⁹ de spū sancto esse natiuitas xpi dicit: quid aliud qz ipsa gratia demōstrat qua hō mirabili z ineffa bili modo verbo dei est adiunct⁹ atqz concreat⁹: z diuina gratia corporaliter repletus.

¶ Alia ratio quare dicat natus de spiritu sancto.

Potest etiaz dici xps fm hominē ideo nat⁹ de spū sancto quia euz fecit. Inquantū eni hō est et ipse factus est ut ait Aplʒ. Conce ptus ergo z natus de spiritu sancto dicit: nō q⁹ spi rituss anct⁹ fuerit virgini pro semine. nō eni de sub stantia spūssancti semen partus accepit: sed qz per gratiā dei z opationē spūssancti de carne virginis est assumptū quod verbo ē vnitū. z in euāgelio fm hanc intelligentiaz legit de maria q⁹ inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Cuius dicti ratio nem Ambrosius insinuans in. ij. li. de spiritu san cto ait Quod ex aliquo est aut ex substantia: aut ex potestate eius est. Ex substantia sicut fili⁹ qui a pa tre: z spirituss anct⁹ qui a patre filioqz procedit. ex potestate autem sicut ex deo omnia. Quomodo er go in vtero habuit maria ex spū sancto sic quasi ex substantia. ergo spirituss anct⁹ in carnem z ossa cō uersus est: Non vtiqz. Si vo quasi ex operatione z potestate eius virgo concepit: quis neget spiritū sanctum dominicē incarnationis auctorem.

¶ Quare apostolus dicat xpm factū cū nos fatea mur eum natum.

Sed queri potest cū nos saluatorē natū pro fiteamur: cur Apostol⁹ factū eū dicat ex se mine dauid: z alio loco factum ex muliere cum aliud sit fieri: aliud nasci. Aliquid ergo signi ficauit hoc dicto. quia eni nō humano semine con cepta est caro dñi in vtero virginis z corp⁹ effecta: sed effectu z virtute spirituss ancti: ideo apl's dicit factum: non natum. Aliud est eni semine admixto z sanguinis coagulo generare. aliud est nō permi xtione: sed virtute procreare. possunt homines ge nerare filios: sed non facere. ecce quare dixit apo stolus factū z nō natū: ne eius. s. natiuitas que fuit sine viri semine nostre similis putaretur: que con ficitur ex seminū cōmixtione. Ideo autem cum fa ctum diceret apostolus addidit ex semine dauid: qz etsi nō interc̄ssit semen hois in concep̄tione vir ginis: tamē quia ex ea carne christus formatus est, que constat ex semine: recte dicitur quia factus est.

¶ Postqz determinauit de incarnatiōe ex parte assumpti ostendens quid assumptum est: z cuius conditionis fuerit anteqz assumeretur. In ista parte determinat de effectu ipsius assumpti. Et diuidit in duas partes. In prima osten dit quare efficientia nature assumpte spiritui sancto appro priatur. In secunda mouet quandam dubitationem ex dic tis consequentē ibi Sed non est in hoc diutius. Circa pri mū tria facit. Primo mouet questionem. Secundo deter minat eam ibi Non enim operatio incarnationis. Tertio confirmat per auctoritatem ibi Cum illam creaturam cē. Sed non est in hoc diutius. Dic determinat quandam du bitationem ex predictis ortam. Si enim christus inquan tum homo de spiritu sancto natus est: videt q⁹ spirituss anc ti filius sit inquantū homo. Circa hoc ergo duo facit. Pri mo mouet dubitationem. Secundo determinat eam: ibi Proinde cum fateamur. Circa qō duo facit. Primo osten dit q⁹ christus non dicitur natus de spiritu sancto sicut de patre. Secundo exponit qua ratione de spiritu sancto na tus dicatur: ibi Profecto modus iste. Et circa hoc duo fa cit. Primo ostendit q⁹ hoc dicitur ad signandum rationez illius natiuitatis: quia per gratiā est vt ly de denotet quasi rationem operis. Secundo ostendit aliam rationem qua hoc dici possit. s. quia spirituss anctus fecit christum inquā tum est homo vt ly de denotet habitudinem cause efficien tis ibi Potest etiam dici christus. Circa quod iterum duo facit. Primo prosequitur rationem secundo assignatā. Se cundo mouet quandam questionez circa verbum Apostо li inductuz ibi Sed queri potest cur nos. ¶ Dic est triplex questio. Prima de conceptione christi in comparatiōe ad efficientiam spirituss anct⁹. Secūda de ipsa in comparatio ne ad matrem concipientem. Tertia de ipsa per compara tionem ad gratiam per quam conceptio facta dicitur.

¶ Questio Prima.

Ad primū sic ꝓcedit. videt ꝙ nō fuerit aliqua compositio aīe ⁊ cozporis in xp̄o supza enī dis. ij. probauit magister ꝙ noīe humane nature intelligit aīa ⁊ cozpꝰ: nec ita accipit in xp̄o sicut in alijs: cū ergo in alijs hoīb⁹ accipiat humana natura ꝓ eo ꝙ cōpositū est ex aīa ⁊ cozpoze videt ꝙ in xp̄o accipiat ꝓ partibꝰ non cōpositis. ¶ Damaſ. dicit ꝙ in dño iesu nō est cōmunē speciē accipere: ſz ex aīa ⁊ cozpe vnitis cōſurgit natura ſpeciei: ergo videtur ꝙ nō fuerūt ad inuicē vnita in xp̄o. ¶ Post vltimā cōpositionē nō potest esse alia cōpositio: ſz vltima compositio in natura est aīe rōnalis ad cozpꝰ: ergo si ista vnio esset in xp̄o nō posset sequi vnio ad diuinā personam. ¶ Aīa nō cōiūgit carni nisi coz viuificet ipsam: ſz caro poterat viuificari ex vnione ad ipsaz vitā scilicet v̄bū: ergo non opoztuit ꝙ carni vniretur. ¶ Sz cōtra homo vniuoce dicit de xp̄o ⁊ alijs hoīb⁹ alias nō esset eiusdē speciei: nec per eum deberet satisfieri ꝓ peccatis: humani generis: ſz de rōne hominis ſm ꝙ predicat de alijs est cōpositio aīe ⁊ cozporis: ergo ⁊ in xp̄o fuit vnio aīe ⁊ carnis. ¶ Cozpꝰ non est animatū: nisi aīa cōiūgat ei quasi fozma: si ergo aīa nō fuisset vnita cozpozi xp̄i quasi fozma fuisset cozpꝰ illud inanimatū: ⁊ ita nō fuisset assumptibile. ¶ R⁹ dicēdū ꝙ vnio anime ad carnē cōstituit rationē hoīs ⁊ oīuz partiū eius. vnde remota aīa nō dicit homo: nec oculus nec caro nec equiuoce sicut homo pictꝰ: ⁊ ideo si tollat vnio aīe xp̄i ad carnem eiꝰ sequit ꝙ nō sit homo verus: nec caro eiꝰ vera: qō est cōtra articulū fidei: ⁊ ideo hec opinio tertia non solū est falsa sed heretica ⁊ in cōcilio a papa Alexādro cōdēnata tamen ista opinio videt ex eodē fonte ꝓcessisse cuz prima scilicet ex hoc ꝙ credebant omne cōpositū ex aīa ⁊ cozpoze habere rōnē hoīs: ⁊ ideo qz prima opinio posuit aīam ⁊ cozpꝰ vnita ad inuicem esse assumpta coacta fuit hoiem esse assumptū ⁊ xp̄m esse duo: hec autez opinio: vt hoc negaret posuit aīam ⁊ cozpꝰ esse assumpta nō vnita. ſecūdo vero vtrūq; eoꝝ tat: vt dictū est. ¶ Ad p̄mū ergo dicēdū ꝙ nō fuit intentio magistri dicere ꝙ per humanā naturā in xp̄o significē cozpus ⁊ aīa nō vnita: nō enī quantū ad hoc assignat differentiā: ſz quātū ad hoc ꝙ humana natura in alijs consurgit ex oībꝰ que substātialiter in ipsis sunt in xp̄o aūt nō: sed solū ex cozpoze ⁊ aīa. ¶ Ad secūdū dicēdum ꝙ Damaſ. loquit quātū ad vnionē diuinitatis ad humanā naturam ex qua nō cōsurgit tertia natura speciei: nō quantū ad vnionez aīe ad cozpus. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ compositio aīe rōnalis ad carnē est vltima in operibꝰ nature: ſz cōpositio būanitatis ad personā verbi nō fit operatione nature: ſz virtute diuina. ¶ Ad quartū dicēdū ꝙ verbū viuificat carnē christi actiue ⁊ non formaliter: ⁊ ideo requirit anima que fozma liter viuificet.

Ad secundū sic ꝓcedit. videt ꝙ humana natura accidentaliter verbo vniat. Philip. ſcdo. habitu inuenit⁹ vt homo: ergo cū habitꝰ sit genꝰ accidētis videtur ꝙ deus fuerit homo accidentaliter. ¶ P. omne qō additum post esse cōpletū est accidēs: ſz humana natura aduenit filio dei post esse cōpletū ipsiꝰ: ergo aduenit ei accidētaliter. ¶ P ſm philosophuz: in subiecto dicit esse qō est in aliquo nō sicut pars: ſz humanitas in xp̄o nō est sicut pars vt dictū est: ergo est in eo sicut in subiecto: ſz in subiecto eē est ꝓpriū accidētis: ergo vnit verbo accidētaliter. ¶ P accidens est qō adest ⁊ abest ꝓter subiecti cozruptionē: ſz humana natura hoc mō se habet ad pſonā filij dei: ergo vnit ei accidētaliter. ¶ Sz cōtra est decretalis alexādri pape: cū inquit xp̄s sit perfectꝰ deꝰ ⁊ perfectꝰ homo: qua temeritate audēt quidā dicere ꝙ xp̄s ſm qō homo nō est aliqd: ſz predicatū accidētale nō ꝑdicat aliquid: ſz aliqualiter se habēs ergo homo nō est ꝑdicatū accidētale. ¶ P aristotelis in. j. phiſicoz dicit: qō vere est ideſt substātia: fit accidēs nulli: ſz humanitas est substātia: ergo nō pōt dici accidēs alicui. ¶ P si est accidēs opoztz ꝙ alicui accidat nō homini: qz se cōuenit ei humanitas: ergo accidit filio dei qō est cōtra Boe. qui dicit ꝙ in deo nō est aliqō accidēs. ¶ R⁹ dicēdū ꝙ q̄uis hoc qō est accidens in se possit esse alicuius mō substātia alicui vt coloz albedini. tñ qō est i se substātia nō pōt eē accidēs alicuiꝰ q̄uis cōiūctio vniꝰ substātie ad alterā possit eē accidēs vt si vna substātia alteri accidētaliter aduenire dicat sicut vestis hoī: ſz hoc nō pōt eē nisi duplicit̄ ter vel ꝙ cōiungat ei ſm contactū sicut vestis homini: vel sicut doliū vino aut sicut mobile motozi sicut angelꝰ cōiungitur cozpozi qō assumit: ⁊ cū contactus nō sit nisi cozpoꝝ oportet dicere ꝙ humana natura nō potest aduenire diuine persone: nisi sicut mobile motozi: vt dicatur christꝰ hoc modo assumpsisse naturaz humanā: sicut angelus assumit cozpus vt oculis mortalium videat sicut dicitur in litera: ⁊ sicut ſpiritusſanctus visus est in columba: hec autē assumptio nō vere facit predicari assumptū de assumēte: nec ꝓprietates assumpti vere trāsfert in assumētē: nō enī angelꝰ assumēs cozpꝰ ad hoīs filitudinē vere est hō: nec vere hz aliq̄s ꝓprietates hoīs: neq; ſpūſanctꝰ pōt dici minoz seipso ꝓpter ſpeciē colūbe in qua apparuit: vt dicit Augꝰ. vñ patz ꝙ hec opinio nō pōt dicere ꝙ filiꝰ dei vere sit hō vē ⁊ sit passus: ⁊ ideo cū neget veritatē articuloꝝ condemnata est quasi heretica: tamen etiam quantum ad hanc positionem procedit ab eodem fonte: cum prima scilicet ex hoc ꝙ humana natura non assumeretur ad esse diuine persone. vnde ꝑma opinio ponebat ꝙ assumptū habebat esse per se in quo subsistebat: hec aūt tertia opinio ponit ꝙ nō subsistit assumptū neq; pſona in eo: ſz est eē accidētale supadditū.

Questio Tertia

Ad primū ergo dicendū q̄ humana natura in xp̄o habet aliquā similitudinē cū accidente ꝛ p̄cipue cuz habitu quantū ad tria. Primo q̄ aduenit persone diuine post esse completū sicut habitus ꝛ omnia alia accidētia. Secundo quia est in se substantia: ꝛ aduenit alteri sicut vestis homini. Tertio quia meliorat ex vnione ad verbū ꝛ non mutat verbum: sicut vestis formaf̄ ꝑm formā vestientis ꝛ nō mutat vestientem. vnde antiqui dixerunt q̄ vergit in accidens: ꝛ quidē p̄opter hoc addiderunt q̄ degenerat in accidens: quod tamē non ita p̄oprie dicit: quia natura humana in xp̄o non degenerat: immo magis nobilitatur. Ad secundū dicendū q̄ quāuis aduenias post esse completum nō tamen est accidētaliter aduenies: quia trahit ad vnionem. Ad tertiuz dicendū q̄ quāuis nō p̄oprie possit dici pars: tamen aliquid habet de ratione partis: quod non habet accidens: vt patz ex dictis. Ad quartū dicendū sicut ad secundū. Queritf̄ an his locutionib⁹. Dic ponit tres questiones. p̄ima est vtrū homo aliquid p̄dicet de xp̄o ꝛ ꝑm primā ꝛ secundā opinionē p̄dicat aliquid: q̄ de eo p̄dicatur in quid: quia est vnio substantialis. scōm vero tertiam opinionez non p̄dicat aliquid: sed aliquo modo se habens. secundā questionem ponit ibi. Et an ita conueniat. vtrū homo factus sit deus: sicut deus factus est homo quod p̄ima opinio cōcedit. secūda ꝛ tertia non p̄oprie loquendo: vt in se quēti dis. patebit. Tertia questio est si per huiusmodi locutiones nō dicit̄ deus factus aliquid: quis erit in his intellectus. ꝛ hanc ponit ibi. Etsi ex his locutionibus. Alij enim dicūt. Dic ponit positiones p̄me opinionis nō omnes: sed qui sufficiunt ad intellectum eius. ꝛ p̄ima positio est radix opinionis. scilicet q̄ anima ꝛ corp⁹ assumunt̄ vnita quod est cōtra tertiam nō solum ad cōstituendū humanitatē: sed etiam hominē quod est contra secundā: ꝛ hoc est q̄ dicit: hominē quendā: ꝛ q̄ ista vnio anime ad carnē ex qua constituit̄ homo p̄cedit vnionem ad verbuz ꝑm intellectū ꝛ hoc est q̄ dicit. ꝛ ille homo cepit ꝛc. nō autez tēpore: ꝛ hoc est q̄ dicit. In ipsa verbi incarnatione. secundā positionē ponit ibi. Concedūt etiam: ꝛ hoc est q̄ homo est assumpt⁹ ꝛ q̄ assumens est assumptū quod notatur in hoc q̄ dicit. Tamen esse verbū: ꝛ q̄ per assumptionem de⁹ factus est homo: vnde dicit. Et ea ratiōe. tertia est q̄ homo fact⁹ est deus ꝛ conuerso ibi. Unde vere dicitur. quarta est q̄ homo dicit compositū ex duabus substantijs ibi. Cuncti dicant. Sed ne de suo. Dic inducunt̄ auctoritates ad probandū primā opinionē. Et scienduz q̄ quattuor p̄obāt p̄dictas auctoritates. p̄imū est q̄ xp̄s est duo qō ex illo verbo. Utrūq; simul vnā personam. Itē per secūdā que incipit ibi. Jesus xp̄us ex illo verbo. Utraq; substantia: scilicet diuina ꝛ humana. ex illo. Aliud p̄opter verbuz Item per quartā que incipit ibi. Agnoscam⁹ geminā substantiā. ex illo verbo. Utrū aut simul. q̄ aūt dicit̄. Utraq; xp̄s intelligendū est non p̄oprie dici: sed materialiter sicut paries ꝛ tectuz dicit̄ domū: q̄ vero dicit Aliud ꝛ aliud: intelligendū est alterius ꝛ alterius nature: scōm q̄ probatū est q̄ homo factus est de⁹ ꝛ hoc p̄obāt per tertiā auctoritatem que incipit ibi. Quid natura humana. ex illo vbo. Qui bus merez iste homo. Item ex quinta que incipit ibi. Ille homo aūt a verbo. ex illo verbo. Ex quo ille homo esse cepit. Itē ex sexta que incipit ibi. Homo quicūq; ex illo verbo. Homo ille ab initio. Item ex septima q̄ incipit ibi. Gratia dei: ex illo verbo. Una cū illa persona filij⁹ dei fieret: q̄ qualiter intelligendū sit in sequenti dis. dicet̄. Tertium est q̄ homo sit assumpt⁹ ꝛ hoc p̄obant per auctoritatez quintam que incipit ibi. Ille homo: que exp̄sse hoc dicit: ꝛ hoc in p̄cedenti dis. solutum est: quia homo dicit̄ assumptus id est natura hominis. Quartū quod p̄obant est q̄ homo constat ex duab⁹ substantijs per octauam auctoritatē que incipit ibi: Christū nō ambigimus: que exp̄resse hoc dicit: sed Hyl. loquit̄ quantū ad formam significatā nō quantū ad suppositum. Sunt autem alij. In hoc capitulo ponit positiones secunde opinionis: ponit ergo duas positiones ejus in quib⁹ tota cōsistit. p̄ima est q̄ assumptū est cōpositum ex anima ꝛ corp̄e per modū nature humane: qō patz ex hoc q̄ humanā naturā ex qua ꝛ diuina dicit xp̄m cōstare statim exponit per animā ꝛ corp⁹ ex quib⁹ nō cōstat natura humana: nisi ꝑm q̄ sunt coniuncta ad inuicē: ꝛ q̄ hoc cōpositū sit homo habet ex vnione ad diuinā personā. vnde dicit q̄ homo ille nō tñ cōstat ex anima ꝛ corp̄e: sed ex his ꝛ diuinitate: q̄ aūt dicit. In parte consentiūt: intēdit quantū ad hoc q̄ vtraq; ponit q̄ homo p̄dicat de christo quid: ꝛ q̄ anima ꝛ corp⁹ sint vnita ad inuicem. secūda positio est q̄ persona verbi ante incarnationē fuit simplex: sed post est composita: ꝛ post hoc remouet duo incōuenientia que videnf̄ sequi. p̄imū est q̄ persona verbi sit alia ab̄ ꝑimo qō remouet ibi. Nō est ideo alia per. scōm q̄ persona sit facta qō remouet ibi: nō tñ persona illa. De hoc aug⁹. in libro sentētiarū. psperi. Dic ponit auctoritates probātes. secūdā opinionē ꝛ probāt duo scilicet q̄ est vna ypostasis ꝛ q̄ persona post incarnationē est cōposita: quod satis patet in littera. Sunt etiā alij. hic ponit positiones tertie opinionis. ꝛ ponit quattuor in quib⁹ tota cōsistit. p̄ima est q̄ ex anima ꝛ corp̄e nō fit aliquid vnuz. ꝛ hoc ponit statim in p̄incipio. secūda q̄ hec duo aduenit̄ diuine persone accidentaliter sicut indumentū ꝛ hoc ibi. Sed sicut illa duo: ꝛ deinde remouet duo incōuenientia. vnum quod sequit̄ ex p̄ima positione scilicet q̄ deus nō sit verus homo ꝛ hoc ibi. Nec ideo deus: sed constat q̄ nō potest euitare: q̄ remota vnione anime ad corp⁹ nō inuenit̄ veritas carnis: ꝛ p̄terea adhuc si sit vera caro ꝛ vera anima nō erit ver⁹ homo nisi sint vnita. scōm est quod sequit̄ ex secūda positione. s. q̄ si anima ꝛ corp⁹ aduenerint accidētaliter nō pertineāt ad singularitatē diuine persone qō remouet ibi. Que duo etiam: patet etiā q̄ nō potest hoc inconueniens euitare: q̄ nō sequit̄ si nō addit ad numerū personarū: ergo pertinet ad singularitatē diuine persone sicut etiā columba in qua spiritussanct⁹ nō auget numerū personarū nō tamen pertinet ad singularitatez persone spūssancti. Tertia positio est. q̄ persona verbi est simplex post incarnationē sicut ante in quo cōuenit cū p̄ima ꝛ hoc ibi: Et quia ipsa persona vbi. quarta q̄ homo de deo nō p̄dicat quid: sed habitū ꝛ hoc ibi. Qui ꝑm habitū: ꝛ hoc p̄obat ad incōueniens ducendo ibi. Nam si essentialiter: quod tamē patet nō esse inconueniens. Ne autez illi de suo. Dic ponit auctoritates p̄obantes hanc tertiā opinionem. p̄imū quod p̄obant est q̄ persona ista nō fuit mutata per incarnationē ꝛ q̄ humana natura nō auget numerū personarū ꝛ hoc per p̄imā auctoritatem: sed hoc nō est contra secundā opinionē que ēquis ponat personā compositā non tamen mutataz: nec sufficit ad p̄obandū q̄ anima ꝛ corp⁹ non pertineant ad singularitatē diuine persone: quia nō est auctus numerus personarum ꝑm quod p̄obatū est q̄ homo dicit̄ de deo ꝑm habitū, ꝛ hoc per secūdā auctoritatē ibi. Multis modis. que exp̄sse dicere hoc videt̄. Itē per tertiā q̄ incipit ibi. Si q̄rit ipsa incarnatio ꝛc. ex illo vbo Indutū. Itē ex quinta sexta ꝛ septima que deū dicūt suscepisse hominē aut humanam naturā vt visibilis esset: ꝛ nō oportet q̄ omne qō suscipiē sit accidēs. Itē ex vltima que incipit ibi. Quō filij⁹. ex illo vbo. Nō fuit habit⁹ ille tantū hoīs. i. puri hoīs: sed vt hoīs q̄ purus homo videbat̄ ꝓpter habitū: sed oīa hec per similitudinē dicūt̄ ꝛ nō per ꝓprietatē sicut ex p̄dictis p̄z. tertiū est q̄ xp̄us dicat̄ hō: q̄ habuit corp⁹ ꝛ aīam sibi vnita ex quarta auctoritate que incipit ibi. Dei filij⁹ ex illo vbo. In eo pleni⁹: sed hec auctoritas nō negat vnionē aīe ꝛ corp̄is: īmo magis ponit per hoc q̄ dicit verā naturam: nō enī est natura humana nisi ex cōpositione anime ꝛ corp̄oris.

DISTINCTIO SEPTIMA.

¶ Positis sentētijs probatisqz testimonijs intelligētias propositaruz locutionū exequit ſm singulas sententias: z prius ſm primam.

Secundū vero primo dicit de fact homo: z homo fact deus Quia de cepit esse quedā substantia rōnalis: que ante nō fuerat: z illa substātia cepit esse de z hec gratia nō natura uel meritis habuit. Vnde recte dicit xps inquātū hō predestinat esse filius dei: huic autē sentētie opponit si illa substātia cepit esse de z de illa. Quedā igit substātia ē deus: que nō semp fuit de: z quedā substantia ē deus que nō est dina substantia: z de est aliqd qđ nō semp fuit: qđ z illi concedūt origenis testimonio innitētes qui ait: Fact est sine dubio id qđ prius nō erat: sed addidit ſm carnē: ſm deū vero erat prius: z nō erat quādo nō erat. Alijs quoqz pluribus modis illi sententie pōt opponi qb supersedem exercitationis studiū lectori relinquentes: z ad aliam properantes.

¶ Hic explanat secundā sententiam: z eozundem locutionum sensus.

In secūda vero sentētia hui distinctionis talis videt ratio: ut cū dicit: deus fact est homo: intelligatur cepisse esse subsistēs ex duabus naturis uel tribus substātijs. z econuerso homo factus est de: quia subsistēs in duab naturis cepit esse deus: uel potius homo fact est deus: z ecōuerso dicit: quia de assumpsit hominē: z homo assumpt est a deo. Vnde Augu. dicit in libro de trinitate: talis fuit illa susceptio que homnē faceret deū: z deū hominē. Variatur aūt intelligentia: cum dicit. deus est homo: z homo est de. Dicitur enim de esse persona subsistens in duab: z ex duabus naturis: z persona subsistēs in duab z ex duabus naturis dicit esse deus. id est verbū vel natura diuina. Potest enim predicari persona simplex ut natura de persona composita. Non est autem ut ait Johānes Damascenus idem dicere naturam uel personam.

¶ Nō est idem dicere naturam uel personam.

Sti dicunt christū predestinatum esse scilicet personam illaz inquantū est homo. i. inquantū est subsistens ex duabus substātijs: scilicet anima z carne: nam quantū ad naturā diuinitatis nō est ipse predestinat: nō ergo inquātum in ea uel ea subsistit predestinat est: ſz inquantū subsistit in alijs duab substantijs. id est in anima z carne: hoc est inquātū est homo.

¶ Qualiter exponūt auctozitates prime que huic videntur obuiare sententie.

Determinat etiā auctozitates q̄ pme conueniūt sentētie: z huic videt cōtradicere: ut cū legit hō ille assumpt a vbo in singularitate psone vel fact vna psona cū vbo: de natura hūana intelligat q̄ vbo vnita ē in singularitate psone. i. ita q̄ eadē psona q̄ prius erat z simplex erat sine incremēto numeri: z imutata pmāsit: lz cōpositi alijs hoib: qz hui ex trib alioz ex duab substantijs ē cōpositio. Negant quoqz hūanā naturā esse psoná uel dei filiū: z sicut vnū eūdēqz dicūt esse homine z deū z filiū hois z filiū dei: ita vnuz z idē nō aliud z aliud sicut nec alium z alium.

¶ Quedā ponit que premissis vident aduersari.

Sed his vident aduersari que subditis cōtinent capitulis. Ait eni augu. super Jo. aliud est vbū dei: aliud hō: ſz verbuz caro factū est. i. hō. Nō ita qz alia verbi: alia ē hois persona: qñ vtrūqz est xps z vna psona. Idē ad Heliani. Aliud dei filius est: aliud hois filius: ſz non aliud. Itē dei filius: aliud de patre: aliud de matre. Idē in li. pmo de trinitate. Cū filius sit z deus z homo alia substantia deus: alia homo.

¶ Qualiter his respondeant.

Hec autē in hūc modū determinant: quia cū dicit: aliud verbum dei: aliud hō: siue alia substātia de: alia hō: alteri nature significatur xps esse inquātū ē homo: z alteri inquantuz de z aliud natura qua est hō: z aliud natura qua est de. Vt eni ait Jo. Damasce. Incōuerse z inalterabiliter vnite sunt ad inuicē nature: neqz diuina distante a propria simplicitate neqz hūana: aut cōuersa in deitatis naturā: aut in nō existētiā diuisa: neqz ex duab vna facta cōposita natura. Cōposita eni natura neutri earū ex quib cōponit naturis homousia. i. consubstātialis esse pōt: ex alteris perficiēs alterū: vt corp ex quattuor elemētis cōpositū: nec ignis noiaf: nec terra: nec aer: nec aqua nec horū alicui homousion dicit. Si igitur ſm hereticos christus vni cōposite nature post vnionē extitit ex simplici natura cōuersus est in compositā z neqz patri simplicis nature existenti: neqz matri est homousios: neqz deus: neqz homo denominabit: sed christus solum: z erit hoc nomen scilicz christus non persone ipsius nomen: sed vnius ſm ipsos composite nature. Nos aūt christum non vnius composite nature dogmatizam: z hoc nomen scilicet christus nomen persone dicimus: nō monotropos. i. vno modo dictū: sed duarum naturaruz esse significatiuū. scilicet deitatis z humanitatis: ex deitate aūt z humanitate deū perfectū z hominē perfectum eundem z esse z dici ex duabus: z in duabus naturis confitemur. Si ergo dicitur aliud esse filius dei: aliud filius hominis: qz alterius est substantie uel nature inquantum est filius dei: alterius inquantū est filius hominis: nō q̄ ipse filius dei z hominis sit illa duo diuersa. id est due diuerse nature.

¶ Auctozitate confirmat determinationem.

Aperte eni Hylarius in. ix. lib. de trinitate ait: Cum non aliud sit filius hominis: neqz aliud filius dei: vbū eni caro factū ē: z cū ille qui filius dei est ipse z hois sit filius: requiro quis

in hoc filio hois sit glorificat⁹: Euidēter dicit non aliud esse filiū dei: ⁊ aliud filiū hois. Ex quo ꝓmissa roborat ⁊ approbatur determinatio.

¶ Alia etiā ẏba auctoritatū ānotat vt determinet

Quod etiā dictū ē vtrūqꝫ est xp̄s ⁊ vna persona: mouere pōt lectorez: sicut ⁊ illud qđ augu. dicit in libro ꝓmo de tri. Quia forma dei formā serui accepit: vtrūqꝫ de⁹ vtrūqꝫ homo: sed vtrūqꝫ de⁹ ꝓpter accipientē deum: ⁊ vtrūqꝫ homo ꝓpter acceptū hoiem. Et illud quod ait idem in libro de bono perseuerātie. Qui fidelis ē in eo veram humanā naturā credit suscipiēte deo verbo ita sublimatā: ut qui suscepit: ⁊ quod suscepit vna esset in trinitate persona: assumptiōe illa ineffabiliter faciēte persone vni⁹ in deo: ⁊ hoie vnita: tem. Si aūt qui suscepit ⁊ qđ suscepit vna est persona: ergo natura humana cū verbo vna est persona. Sed hec omnia ex tali sensu dicta forte tradūt: ut vtrūqꝫ dicatur esse xp̄us ⁊ vna persona: quia in vtroqꝫ vnus xp̄s vna persona subsistit. Ita etiam susceptū cum suscipiēte vna persona dicit: quia susceptū suscipiēti est sociatū in vnitate ꝓsone. id est ita ꝙ vnitas persone permānsit: nō ita ut caro ⁊ anima sint deus: qui ut ait Jeronymus: verbū est de⁹ nō caro assumpta. ⁊ Ambrosius in libro. iij. de spiritusancto ait: Aliud est quod assumpsit: ⁊ aliud quod assumptum est.

¶ Hic quandam ponit auctoritatem que multuz videtur huic sententie obuiare.

Est aūt ⁊ aliud qđ huic sentētie plurimuz videtur obuiare. Ait eni Aug⁹. in li. contra maximū: Xp̄s vna persona est gemine substantie: quia ⁊ de⁹ ⁊ homo est: nec tñ homo uel de⁹ pars huius persone dici pōt. Alioquin fili⁹ dei deus anteqꝫ susciperet formā serui non erat tot⁹: ⁊ creuit cū homo diuinitati ei⁹ accessit. Ecce deū diuinā nō cōstare ex deo ⁊ hoie. Ad qđ etiam illi dicūt illā personā nō ita cōstare ex deo ⁊ hoie quasi totū ex partib⁹. Ita eni partes alicui⁹ totius cōueniūt: ut ex illis qđ nō erat constituat: nō autē sic diuina ⁊ humana natura in xp̄o vniunt. Inexplicabilis eni est isti⁹ vnionis que nō est partiū ratio. Quidaz tñ noie dei ibi personā significari putant: qz de tribus agebāt personis: quarū nullum trinitatis esse parte dicebāt: sicut pars isti⁹ ꝓsone nō est de⁹. Qđ si de persona intelligit: manifestū ē: qz persona nō est pars ꝓsone. Posita ē diligēter sentētia secūda: ⁊ ei⁹ explanatio: cui in nullo vel in modico obuiāt auctoritates in ētia snia inducte: q iā cōsiderāda ē.

¶ In tertia sentētia que sit premissarū propositio num intelligentia.

Ex hac igit sentētia sic dicit deus fact⁹ hō qz hoiez accepit: ⁊ sic dicit esse hō: qz hoiez habet: uel qz est habēs hoiez. ⁊ homo fact⁹ est de⁹: qz assumpt⁹ ē a deo: ⁊ homo esse de⁹: qz habens hoiez est de⁹. Cū ergo dicit de⁹ homo est: uel habit⁹ predicat uel ꝓsona: sz humanata ⁊ ꝙ ꝓsona humanata predicet: Cassiodorus ostendere videt dicēs: fact⁹ est: ut ita dixerim: humanat⁹ de⁹: q etiā in assumptiōe carnis de⁹ esse nō destitit. Qđ tamē varie accipi pōt: ut dicat de⁹ factus humanat⁹: uel xp̄us factus est de⁹ humanat⁹. vtrūqꝫ eni sane dici pōt. Luz ergo dicit factus est de⁹ homo: multiplex ꝑm istos fit intelligētia: ut hūanā naturā accepisse uel humanū verbū esse incepisse intelligat: nec tñ si incepit esse humanatū verbū: ideo sequit ꝙ inceperit esse verbū: nec si de⁹ factus est humanatū verbū: sequit ꝙ factus sit verbū: sicut de aliquo dicit: hodie iste cepit esse bon⁹ homo: uel fact⁹ est bonus homo: nec tamē hodie cepit esse homo uel factus est homo.

¶ Quo sensu ꝑm istos dicatur xp̄s predestinatus.

Secundū istos dicit xp̄s ꝑm ꝙ homo pdestinatus esse fili⁹ dei: quia ē predestinatū. a deo ab eterno: ⁊ in tēpore collatuz ei per gratiā: ut ipse ens homo sit fili⁹ dei. Hoc enim non semper habuit: sed in tēpore per gratiam accepit qđ videt Augu. notasse in libro ad ꝓsperū ⁊ Hyl. dicens: predestinat⁹ est iesus: nt q futurus erat ꝑm carnē fili⁹ Dauid esset in virtute fili⁹ dei. Vi etiam cū dicit xp̄s minor patre ꝑm ꝙ homo: ꝑm habituz hoc intelligūt dictū. id ē inquātū habet hoiem sibi vnitū. Vnde Aug⁹. in li. i. de tri. De⁹ fili⁹ deo patri natura ē equalis: habitu minor. In forma eni serui minor est patre. In forma dei equalis est patri. Et qz ꝑm habitū accipiēda ē incarnationis ratio: ideo deū humanatū: nō hoiem deificatum dici tradunt. vnde Jo. Damasce. nō hoiem deificatū dicimus: sed deum hominē factum.

¶ Qđ non debet dici homo dominicus.

Et licet dicat homo de⁹: nō tamē congrue dicit hō dñicus. Vnde augu. in lib. retractionū. Nō ideo vtrū recte dicat hō dñicus qui ē mediator dei ⁊ hominū xp̄s iesus: cuz sit vtiqꝫ dñs. Et hoc quidē ut dicerē apud quosdā legi tractatores catholicos. Sed vbicunqꝫ hoc dixi dixisse me nollē. Postea quippe vidi nō esse dicendū: qꝫuis nōnulla possit rōne defendi ꝑm istos: et dicit persona filij in duab⁹ ⁊ ex duabus existere naturis ꝑm adherentiā ⁊ inherentiam: altera enim adheret ei: altera inest.

¶ Qđ predicta non sufficiunt ad cognoscendam hanc questionem.

Datis diligēter iuxta diuersoruz sentētias suprapositā absqꝫ assertione ⁊ preiudicio tractaui questionē. Verūtamen nolo in re tanta tāqꝫ ad ignoscendū difficili putare lectorez istam sibi nostrā debere sufficere disputationē: sed legat ⁊ alia forte meli⁹ cōsiderata atqꝫ tractata: et ea que hic mouere possunt vigilātiori atqꝫ intelligentiori si pōt mēte discutiat: hoc firmiter tenens: ꝙ deus hoiem assumpsit: homo in deū trāsiuit: nō nature versibilitate: sed dei dignatiōe: ut nec deus mutaret in humanā substātiā assumēdo hominez nec homo in diuinā glorificatus in deum: qz mutatio uel versibilitas nature diminutionē ⁊ abolitionem substantie facit.

¶ Postq̃ distinxit Magister tres opiniones per moduz vnionis. Hic fm eas ostẽdit qualiter locutiones q̃b⁹ vnio significat sunt intelligende: z diuiditur in duas partes. in ꝑma exponit eas fm singulas opiniones. in secunda relinquit auditoꝛi iudiciũ de dictis opinionib⁹ ibi: Satis diligenter. Prima diuidit in tres partes. in prima exponit dictas locutiones fm primã opinionẽ. in secũda fm secundã ibi: In secũda vero sententia. in tertia fm tertiã ibi: In hac igit sentẽtia. circa primũ duo facit. primo exponit propositiones dictas fm primã opinionẽ. secũdo obijcit cõtra ibi: Huic aũt sentẽtie. exponit aũt illas ꝓpositiões in ꝑma parte in quib⁹ fit mutua ꝑdicatio dei z hois mediãte hoc participio fact⁹ q̃s ꝑmo exponit: z illas in q̃b⁹ fit ꝑdicatio mediãte hoc participio ꝓdestinat⁹ quas secũdo exponit ibi: Et hoc gratia non natura: obiectionis aũt solutionẽ ponit ibi: Quod z illi cõcedũt. ¶ In secũda vero sentẽtia. Hic exponit eas que sunt fm secũdã opinionẽ. z ꝑmo exponit ꝓpositiones. secũdo soluit que vident esse cõtra hãc opinionẽ ibi: Determinãt enĩ. circa ꝑmũ tria facit. ꝑmo exponit illas in quib⁹ fit ꝑdicatio mediãte hoc participio fact⁹. scõo illas in quib⁹ fit mediãte hoc verbo est ibi. Variaũt aũt intelligẽtia. tertio illas in quib⁹ fit ꝑdicatio mediãte hoc participio ꝓdestinat⁹ ibi Isti dicũt xp̃m. ¶ Determinant enĩ auctoꝛitates. Hic soluit tria que videntur esse contra hanc secũdã opinionẽ. z tria facit circa hoc. ꝑmo soluit auctoꝛitates que vident ꝓbare q̃ hõ sit assumpt⁹. secũdo illas que vident ꝓbare q̃ xp̃s sit duo ibi. Sed his vident aduersari tertio illas que ꝓbãt q̃ persona nõ sit cõpositа ibi. Est aũt z aliud. secũda pars diuidit in duas ptes. in ꝑma soluit auctoꝛitates que dicunt xp̃m esse aliud z aliud ex quo sequit ipsum esse duo. in secũda soluit illas q̃ dicũt xp̃m eẽ duo vl vtrũq; duoꝛum esse xp̃m ibi. Quo etiã dictũ est vtrũq; xp̃us Circa ꝑmũ tria facit. ꝑmo obijcit. scõo soluit ibi. Hec autez in hũc modũ. tertio solutionẽ cõfirmat ibi. Aperteq; dyit. Et similiter diuidit pars secũda: q2 ꝑmo obijcit. scõo soluit ibi. ¶ Sz hec oĩa ex tali sensu. tertio solutionem cõfirmat ibi: Quia vt ait. ¶ Est aũt z aliud. Hic obijcit ꝺtra positionẽ persone. z ꝑmo obijcit. secũdo soluit ibi: Ad q̃ etiã illi. ¶ In hac igit sentẽtia. Hic exponit dictas ꝓpositiões fm tertiũ opinionẽ. z diuidit in duas partes. in ꝑmo exponit ꝓpositiones in secũda infert coꝛolariũ ex dictis ibi: Et q2 fm habitũ. Circa ꝑmũ tria facit. ꝑmo exponit qualiter dicatur de⁹ factus homo. secũdo quõ dicat xp̃s predestinat⁹ ibi: Scõm istos xp̃s. tertio quõ dicat minoꝛ seipso ibi: Di etiã cũ dicit. ¶ Et q2 fm habitũ. Hic cõcludit ex dictis q̃ homo põt denoiatiue predicari de deo vt dicat de⁹ humanatus nõ aũt deus de hoĩe. z circa hoc duo facit. ꝑmo ostẽdit q̃ nõ potest dici homo deificat⁹. secundo q̃ nõ põt dici homo dñicus ibi: Licet dicat homo. ¶ Dic est q̃stio de locutionib⁹ expꝛimentib⁹ vnionẽ. Et ꝑmo queꝛit de locutionib⁹ expꝛimẽtib⁹ vnionẽ per hoc verbuz est simpliciter. secũdo de his que expꝛimũt vnionẽ cũ hoc participio factus tertio de illis que expꝛimunt vnionẽ cũ hoc participio predestinatus.

Questio prima

Circa primũ queꝛũt duo. primo de hac deus est homo z econuerso. secũdo de hac. christus est homo dominicus.

Ad primũ sic procedit. videt q̃ hec sit falsa deus est homo. magis enim cõueniunt que vniunt in personam z naturã vnã q̃ ea que vniunt in personaz z nõ in naturã vnã: sed anima z coꝛp⁹ vniũt in naturam z personã vnã: deus aũt z homo in personã z nõ in naturaz. Cũ ergo aĩa nõ possit ꝑdicari de coꝛpoꝛe nec econuerso: videtur q̃ de⁹ nõ possit predicari de hoĩe nec ecõuerso. ¶ Ꝑ maioꝛ est vnitas triũ personarũ in natura dĩna: quã vnitas duarũ naturarũ in persona xp̃i: sz vna ꝓsona nõ predicat de alia: ergo nec homo ꝑdicat de deo nec econuerso. ¶ Ꝑ nihil predicat vniuoce de creatoꝛe z creatura: sz homo vniuoce predicat in xp̃o z in nobis: ergo nõ ꝑdicat de deo. ¶ Ꝑ quicq̃d predicat de deo aut est absolutũ aut relatiuũ: sz homo nõ est relatiuũ: quia nõ dicit ad aliq̃d. Et ꝑterea. predicat aliq̃d fm duas opiniones q̃ nõ cõuenit relatiuis q̃ fm Augu. nõ ꝑdicant aliq̃d: sz ad aliquid. Nec põt predicari de deo tacq̃ absolutũ: quia absoluta que veniũt in diuina predicatione dicunt de trib⁹ personis q̃ nõ est de hoc noie homo: ergo non possum⁹ dicere q̃ de⁹ fit homo. ¶ Ꝑ quod predicat: aut predicat per se: aut per accidẽs: sed homo nõ predicat per se de deo: q2 sic cõueniret omni supposito dĩne nature: nec iterũ predicat per accidens: q2 deo nihil accidit: ergo homo nullo mõ predicat de deo. ¶ Ꝑ oĩs predicatio vel est per essentiaz sicut bõ est aĩal: vel per inherentiã sicut homo est albus: vl per causalitatẽ sicut dies est sol lucens super terrã: sz cum dicit de⁹ est homo nõ est predicatio per causam vt sit sensus: de⁹ est causa hoĩs: quia sic posset dici deus est leo vel stella: nec est ꝑdicatio per inherentiã: q2 humanitas nõ accidẽtaliter inheret deo: vt supra dictũ est: nec per essentiã: q2 alia ẽ essentia hoĩs z dei: ergo ꝓpositio est falsa. ¶ Ꝑ fm artem philosophi in ꝑmo Topi. quattuoꝛ sunt genera predicatoꝛ. s. essentiale nõ conuertibile vt gen⁹: z essentiale cõuersum vt diffinitio: accidentale cõuersum vt accidẽs: accidẽtale cõuersum vt ꝓpriũ sed nullo istoꝛũ modoꝛũ se habet homo ad deũ: vt patz per se: ergo nullo modo põt predicari de ipso. ¶ Ꝑ propositio dicitur esse in materia remota qñ fozme significate sunt diuerse: sz fozme significate per hoc nomẽ deus z per hoc nomen homo sunt diuerse maxima diuersitate: ergo hec propositio deus est homo est in materia remota: ergo est falsa q2 in remota materia: oẽs affirmatiue sunt false. ¶ Sz cõtra Ro. ix. quoꝛũ patres ex quib⁹ xp̃s fm carnẽ qui est benedict⁹ in secula: sz xp̃s fm carnẽ nat⁹ est homo quidẽ: ergo homo est de⁹. ¶ Ꝑ Ber. dicit in li. de cõsi. tantã z tam expressam vim vnionis pfert illa persona qua deus z homo vn⁹ est xp̃s vt si alterũ de altero predices nõ erres: ergo de⁹ est homo z ecõuerso. ¶ Ꝑ quecũq; vni z eidẽ sunt eadem sibi inuicẽ sunt eadẽ: sz xp̃us est de⁹ z ipsemet est homo: ergo de⁹ est homo. ¶ Ꝑ quecũq; sunt vnũ fm suppositũ vnũ de altero ꝓdicat: sz idẽ est suppositũ dei z hois: vt dictum est supza: ergo de⁹ est homo. ¶ Ad⁹ dicendum q̃ hec ꝓpositio de⁹ est homo ab oĩb⁹ cõcedit: sz diuersimode a diuersis fm enĩ tertiã opinionẽ est predicatio per inherẽtiam: sicut cũ dicit homo est alb⁹: q2 ponit q̃ humana natura accidẽtaliter aduenit diuine: z adhuc est valde impꝛopria ex duabus partib⁹. ꝑmo q2 partes humane nature vocat hominẽ scilicet coꝛpus z aĩam: q̃ impꝛopꝛie dicit: nõ enĩ ꝓꝛie dicitur q̃ partes sunt totũ: sz q̃ totũ est ex partib⁹. vnde non ꝓꝛie põt dici q̃ aĩa z coꝛp⁹ sint homo secũdo: q2 si etiam ꝓꝛie hoc diceret: tũ cũ hec duo fm hanc opinionez aduenient filio dei quasi habit⁹ non põt homo ꝓꝛie predicari de eo nisi denoiatiue: sicut nec vestis de hoĩe: sz dicitur homo vestit⁹: ita etiã hec opinio dicit q̃ dicit homo: quia habet hoĩem z partes humane nature. vnde nõ ꝓꝛie diceret homo: sz humat⁹ sicut homo vestitus nõ vestis dicit. vnde est cõtra veritatẽ sacre scripture z symboli que deũ hoĩem factũ dicit z ꝓpter hoc est heretica. Scõm vero primã opinionẽ est predicatio per idẽtitatẽ nõ per informationem: deus enĩ supponit suppositũ eternũ: q̃ quidẽ nõ informatur per formã significatã per hoc nomẽ homo: sz informatur per ipsum suppositũ humane nature q̃ est aliud a supposito dĩne nature: z q2 illa suppoita sunt eadẽ persona: rõne huius idẽtitatis potest fieri predicatio de se inuicẽ vt fit sensus deus est homo. id est ille scilicet xp̃s qui est homo: z ẽ similis modus ꝑdicandi sicut cũ dicit: essentia est pater: q2 essentia diuina est eadẽ fm rem cũ suppositо q̃ informatur paternitate: q̃uis ipsa paternitate nõ informet. ¶ Sz hoc nõ põt stare: q2 hoc q̃ dicit duo suppoita esse eãdẽ person nã nõ potest intelligi nisi duob⁹ modis. ꝑmo q̃ ex duobus

suppositis ꝺstituat vna persona: ꝛ sic neutrum illorum sup
positoꝝ eet illa ꝑsona: qz qꝫ ꝺstituit ex aliquib⁹ nō ꝑdicat
de illis vt dictū est. vñ expositiua ipsi⁹ de⁹ est hō. ſ. ille q̄ est
de⁹ est hō: erit falsa q̄ntū ad vtrāqꝫ partē: qz neqꝫ de⁹ eet il
la ꝑsona: nec illa ꝑsona eet de⁹. sed h̄ nō est intellect⁹ ei⁹: qz
nō ponit ꝑsonā cōpositā sed simplicē. Alio mō pōt intelligi
vt suppositū diuine nature fit illa ꝑsona simplex ſm rem. ꝛ
illa ꝑsona simplex fit illud suppositꝫ humane nature qꝫ ei
aduenit p assumptionē. sed h̄ est oīno impossibile: cū impli
cet ꝺtradictiōez. ſ. qꝫ illud qꝫ aduenit sit distinctū in sua sin
gularitate: ꝛ fit idē illi existēti cui aduenit. idē est enī qꝫ est
ſm substantiā vnū: vnū aūt est in se indiuisum: ꝛ ab alijs di
uisuꝫ. vñ suppositū humane nature qꝫ aduenit diuine ꝑso
ne eet distinctū a diuina ꝑsona inq̄ntū est singulare per se ꝛ
esset nō distinctū inq̄ntū est idē ei. vñ ꝑsona illa inueniꝫ ba
bere identitatē cū vno suppositoꝝ. ſ. cū supposito diuine na
ture: nō aūt cū supposito humane nature. ꝛ ꝓpter hoc expo
sitiua hui⁹ locutiōis De⁹ est hō. ſ. ille q̄ est de⁹ est hō: est fal
sa q̄ntū ad alterā partē: qz illa ꝑsona nō est hō quāuis deus
fit illa ꝑsona. vñ nō pōt eā verificare. ꝛ iō sola opinio secun
da vera est q̄ vificat eā. pōt enī poni q̄ cū dicit de⁹ ē hō: est
ꝑdicatio p informationē eēntialē: qz ly de⁹ supponit suppo
sitū ꝑsone filij: ꝛ hoc idē est suppositū humane nature p illā
naturā informatū ſm modū intelligēdi inq̄ntū subsistit in
ea. vñ sicut hec est vera ꝛ ꝓpria Petr⁹ est hō: ita ꝛ ista De⁹ ē
hō. est tm̄ in h̄ differētia: qz in ista Petr⁹ ē hō: hō ꝑdicat in
ctū. sed in hac De⁹ est hō: ꝑdicatū nō ineſt subiecto rōne fo
me significate p subiectū. nō enī ꝺuenit ei rōne diuinitatis:
ſz rōne suppositi. hoc aūt sufficit ad h̄ q̄ sit vera: qz ꝓpositio
nō verificat rōne fozme significate in supposito: ſz rōne sup
positi: sicut ꝑz infra. Ad ꝓmū ergo dicēdū q̄ sicut aīa ꝛ
coꝝp⁹ nō ꝑdicant de se inuicē: sic nec diuina nā ꝛ humana.
ſz de⁹ ꝛ hō nō tm̄ naturā: ſz etiā suppositū nature designāt.
ꝛ iō possunt ꝑdicari de se inuicē: sicut ex illa ꝑte h̄is aīam ꝛ
h̄is coꝝp⁹ ꝑdicant de inuicē. Ad secundū dicēdū q̄ ſm
nā ꝑfis est nā filij. ſz qz nō sunt vnū in ꝑsona: iō noīa ꝑsona
lia de se inuicē nō ꝑdicant. ꝛ silr h̄: qz nature sunt diuerse ꝛ
ꝑsona eadē. noīa q̄ significāt vel supponūt ꝑsonas ꝑdicant
de se inuicē: nō aūt noīa q̄ significāt naturas tm̄. Ad ter
tiū dicēdū q̄ hō vniuoce ꝑdicat de deo ꝛ alijs hoib⁹. q̄ aūt
dicit q̄ nihil dicit vniuoce de deo ꝛ creaturis: intelligēdū
est de illis q̄ ꝑdicant de ipso inq̄ntū est de⁹. Ad q̄rtū di
cēdū q̄ cū dicit de⁹ est hō ly hō q̄ntū ad fozmā significataz
est absolutū. ſz q̄ntū ad suppositū habz relationē implicitā:
supponit enī ꝑ ꝑsona filij dei. Ad q̄ntū dicendū q̄ cū dr
de⁹ est hō: de⁹ supponit ꝑsonā filij: ꝛ significat diuinitatē.
ꝓpositio aūt nō verificat rōne significati: ſz rōne suppositi.
ꝛ cū hoc suppositū fit subsistēs in humana nā: h̄ nomē hō ꝑ
se ꝑdicat de ipsa. vñ ſm q̄ vera ē est ꝑ se ꝑdicatio: sicut ista
petr⁹ est hō. vñ nō sequit q̄ possit ꝓdicari de oīb⁹ quib⁹
ineſt fozma significata p hoc nomē de⁹: qz nō est ꝑ se ex ꝑte
fozme significate: ſz ex ꝑte suppositi. ꝛ h̄ est singulare in ista
materia: qz nunq̄ alibi inueniꝫ q̄ fit suppositū vnū eēntiali
ter in duab⁹ naturis subsistēs. ꝛ iō nō pōt dici q̄ fit p accīs
sicut h̄ albū est hō. id enī qꝫ est p se suppositū hoīs nō ē ps
significationis hui⁹ noīs albū. Albū enī solā q̄litatē signifi
cat: cū nomen significet vnū. ex albedine aūt ꝛ subiecto nō
fit vnū simpliciter: vñ h̄ nomē albū copulat suū subiectū q̄si
extrīsecū. de⁹ aūt impoꝛtat suppositū diuine nature: qꝫ etiā
idē est humane nō q̄si extrinsecū: ſz sicut clausuz in significa
tione hui⁹ noīs hō. ꝛ iō hec nō est p accidēs De⁹ ē hō: ſz hz
subiecto rōne fozme impoꝛtate p subiectū. Ad sextū di
cēdū q̄ est ꝑdicatio p eēntiā: nō q̄ diuinitas fit humanitas
ſz qz suppositū diuine nature eēntialiter ē suppositū huma
ne nature: ꝛ hoc significat locutio. Ad septimū dicendū

q̄ reducit ad ꝑdicatū de genē: sicut ista Petr⁹ ē hō: qz eadē
est rō veritatis in vtraqꝫ. Ad octauū dicēdū q̄ nō est in
materia remota: ſz in materia naturali: quia ꝓpositio verifi
cat non rōne nature: ſz rōne suppositi humane nature. nec ē
simile in hoc ꝛ in alijs: qz in alijs ad diuersitatē naturarū se
quit diuersitas in suppositis. vñ si fozme sunt diuerse q̄ si
gnificant p subiectū ꝛ ꝑdicatū: suppositа nō pñt eē eadē. in
xꝑo aūt sunt due nature ꝛ vnū suppositū.

Ad secūdū sic ꝓcedit. videt q̄ xꝑs possit dici hō do
minic⁹. Aug. enī dicit in li. lxxxiij. q. Douēdū est
vt illa bona eterna expectent q̄ fuerūt in hoīe dñi
co: ꝛ loquit de xꝑo: ergo pōt dici dominic⁹. Ꝑ hō xꝑs ie
sus est magis in ꝑticipatione diuine bonitatis q̄ alij sancti
ſz alij sancti ꝓpter participationē diuine bonitatis dicunt
dñici: vt ꝑz p glo. j. Regū. j. Quis est iste hō nisi hō dñic⁹. er
go multo magis xꝑs pōt dici hō dominic⁹. Ꝑ sicut dñic⁹
dicit denoīatiue a dño: ita diuin⁹ dicit denoīatiue a deo.
Sz Dio. frequēter noīat xꝑm diuinissimū ieſuz: ergo ꝛ pōt
dici ille dñic⁹. Ꝑ sicut hec est vera De⁹ est hō: ita hec hō
est de⁹. sed dicim⁹ deū humanatū: ergo possum⁹ dicē hoīez
dominicū. Ꝑ ꝺditio seruitutis magis exꝑimit noīe ser
ui q̄ noīe dñici. ſz Apls nomē seruitutis in xꝑo ponit. ꝓbi
lippen. ij. Fozmā serui accipiēs. ergo etiā possum⁹ dicere
eū dominicū. Sz otra. qꝫ ꝑdicat de aliquo eēntialiter:
nō pōt de eo ꝑdicari denoīatiue. ſz de⁹ ꝑdicat de hoīe xꝑo
eēntialiter: qz hec est vera. Hic hō est de⁹: ergo videt q̄ nō
debeat ꝑdicari denoīatiue. Ꝑ ad idē ē auctoꝛitas Aug.
in lra posita. Ad ꝛ°. dicēdū q̄ hoc adiectiuū dñic⁹ pōt duo
impoꝛtare. vno mō id qꝫ hz aliquā ꝑticipationē dominij.
Alio mō rem q̄ est dominij: sicut possessio: vel sicut effect⁹:
sic dicunt ṽba dñica. vel sicut ps: sicut dicit pes dñic⁹. q̄ntū
ergo ad secundā opinionē ꝑtinet: nullo mō ille hō pōt dici
hō dñic⁹. hō enī impoꝛtat suppositū eternuz cui eēntialiter
natura dominij cōpetit nō p ꝑticipationē: nec est q̄si possess
sio vl̄ effect⁹ vl̄ ps dñi: ſz ē ipse dñs: qz dñs pr̄: dñs fili⁹: dñs
spūssanct⁹. silr etiā tertia opinio cū ponit hoīem q̄si habitū
dei filio aduenire. nō pōt ponē q̄ hō denoīet ꝑ deū: sed ma
gis de⁹ p hoīez: qz habit⁹ denoīat habentē: ꝛ nō ꝺuertit. tm̄
inq̄ntū dñicū dicit possessiue posset ponē q̄ dicit hō dñic⁹
sicut dicit vestis socratica. ſz ꝓma opinio possz ponē q̄ di
ceret hō dñic⁹ etiā ꝑticipationē inq̄ntū h̄ noīe hō nō im
poꝛtat suppositū eternū ſm eos. Ad ꝓmū ergo dicēdū
q̄ Augusſ. illud retractauit sicut in lra ponit mgr̄. ꝛ cū dixit
nō intellexit q̄si dicēt dñic⁹ rōne suppositi: ſz rōne nature q̄
fit in ꝑticipatiōe dominij sicut ꝛ diuinitatis ꝑ h̄ q̄ assumit
in vnitatē ꝑsone filij dei q̄ est de⁹ ꝛ dñs. Ad secundū di
cēdū q̄ ille hō nō ꝑticipat ꝓpie loquēdo diuinitatē vl̄ do
minū: ſz est plene dñs: qz hō impoꝛtat suppositū eternū: vt
dictū est. ꝛ iō nō est simil rō de ipso ꝛ de alijs. Ad tertiū
dicēdū q̄ diuinū pōt dici aliq̄d etiā si habeat plenā diuini
tatis rationē. dicim⁹ enī diuinā essentiā diuinas ꝑsonas: ꝛ
iō h̄ hō qz est diuina ꝑsona pōt etiā dici diuin⁹. ſz dñic⁹ nō
dicit de illis q̄ hñt plenā rōnē dominij. nō enī dicim⁹ dñi
cas ꝑsonas. Ad q̄rtū dicēdū q̄ qz natura humana in xꝑo
hz q̄ndā silitudinē cū habitu: vt ꝑz⁹ dictū est. iō ea q̄ ꝑtinēt
ad humanā naturā inueniunt q̄ntꝫ ꝓdicari de xꝑo ꝑmo
dū habit⁹ quāuis non ita ꝓpie. ꝛ iō Cassio. de addi. vt ita
dixerim: nō tm̄ est simil rō ex alia ꝑte: qz diuina natura non
hz silitudinē q̄ habitu. Vel dicendū q̄ cū dicit de⁹ huma
natus: nō sumit humanat⁹ in vi noīs denoīatiui: ſz in vi pti
cipij. vñ tantū valet humanat⁹ q̄ntū hō fact⁹. ꝛ hz ꝑz ꝑ aucto
ritatē Damas. positā in lra. Ad q̄ntū dicendū q̄ Apls nō
dicit xꝑm vel filiū dei eē seruū: ſz q̄ fozmā serui accepit: qz
humana natura christi si separaretur: vt dicit Damascenus
subtilib⁹ intelligentijs a filio dei ꝛ serua est ꝛ ignorans est.
et de natura bene potest dici hoc adiectiuū dominicus: vt
dicatur dominica natura.

Distinctio Sexta

Deinde queritur de locutionib⁹ que exp̄imunt vni uersalem p̄ hoc participiū factus. ⁊ queruntᵉ duo. Primo vtrū deus factus sit homo. Secundo vtrū homo factus sit deus.

Ad p̄mū sic ꝓcedit. videt⁹ q⁹ hec sit falsa de⁹ fact⁹ ē hō. mutari enī gen⁹ est fieri: ſz de⁹ nullo mō p̄t dici mutatus: ergo nō p̄t dici fact⁹ aliq̄d. ℂ P̄ factū eē termin⁹ est fieri q̄ō ſignificat eē circa id q̄ō factū dr. ſz circa deū q̄ dicit fact⁹ hō nō p̄t poni aliq̄ō fieri: ſuppoſitū enī factionis eē nō p̄t: ergo hec est falsa de⁹ fact⁹ est hō. ℂ P̄ termin⁹ factionis est p̄fectio ei⁹ q̄ō fit: q⁹ est finis factionis. ſz cū dicit de⁹ fact⁹ ē hō: termin⁹ factionis impoꝛtat p̄ticipiū est hō: ergo ſignificat q⁹ eē hoiem ſit p̄fectio dei q̄ fact⁹ hō dicit. hoc aūt est impoſſibile: ergo hec ē falsa de⁹ fact⁹ est hō. ℂ P̄ in h̄ noīe hō nō p̄t intelligi niſi duo ſ. ſuppoſitū nature: ⁊ natura humana. ſed dicta ꝓpoſitio nō p̄t verificari rōne nature: q⁹ de⁹ nunq̄ fuit neq̄ est natura humana. ſil⁹ nec ex parte ſuppoſiti: q⁹ h̄ nomē hō ſm q⁹ de xp̄o p̄dicat⁹ nō impoꝛtat niſi ſuppoſitū eternū filij. ⁊ ſemp verū fuit dicē q⁹ de⁹ est ꝑſona filij: ergo nullo mō p̄dicta locutio v̄ificari p̄t. ℂ P̄ hō nō est ꝺditio diminuēs de rōne factionis. ergo ſi de⁹ fact⁹ est hō poſſum inferre q⁹ de⁹ ſit factus. h̄ aūt est falſum: ergo ⁊ p̄imū. ℂ Sed ⁹ra Jo. j. Verbū caro factū est. verbū autē de⁹ est: ergo de⁹ fact⁹ est caro. i. hō. ℂ P̄ in ſimbolo Niceno dicit de filio q⁹ est de⁹ de deo ⁊ q⁹ homo factus est: ergo deus factus est hō. ℂ P̄ omne quod est ⁊ nō fuit p̄ius dicit eē factū. ſed hec est vera Deus est hō: vt ſupꝛa dictū est: ⁊ nō fuit ſemp vera: ergo de⁹ fact⁹ est hō: ℂ R⁹ dicendū q⁹ cū dicit de⁹ fact⁹ est hō: h̄ p̄ticipiū fact⁹ tripliciter p̄t ſe habē in iſta locutione. Uno mō vt feraᵗ ad totā ꝓpoſitionē: vt ſit ſenſus Factū est q⁹ de⁹ est hō. ⁊ ſic est vera: quāuis h̄ intellect⁹ nō poſſit haberi ſm ꝓpꝛietatē locutionis: tū q⁹ nō est de illis q̄ h̄nt determinare compoſitionē ſicut neceſſariū ⁊ ꝯtingēs: tū etiā q⁹ cū adiectiuū maſculini generis req̄rit ſubſtātiuū. Secūdo dictū p̄ticipiū p̄t determinare alterū extremū cōpoſitoꝝ abſolute: ⁊ ſic ſiue determinet p̄dicatū ſiue ſubiectū locutio ē falſa. oīs aūt determinatio p̄t p̄dicari de determinato: hec aūt falſa est de⁹ fact⁹ est. ⁊ ſil⁹ illa Ille hō fact⁹ est demōſtrato xp̄o niſi aliud addaᵗ: q⁹ ſupponit ſuppoſitū eternū ſm ſecundā opinionē. Tertio mō dictū p̄ticipiū p̄t determinare ſubiectū in compatione ad p̄dicatū: ⁊ ſic locutio vera est ſm oēs opiniones. ⁊ nō obſtat q⁹ videt⁹ ponē fieri circa deū: q⁹ h̄ fieri q̄ō participiū impoꝛtat nō est niſi fieri rōnis. dictū est enī ſupꝛa q⁹ vnio q̄ de⁹ dicit eē hō. est q̄dē ſm rem in humana natura: ſed ſm rationē in deo: ſicut ſunt alie relationes q̄ ex tpe de deo dicunt. ⁊ q⁹ non dicit fact⁹ hō niſi ſm q⁹ relatio vnionis de nouo aduenit ei poſtq̄ nō fuit: nō ſicut relatio illa nō ponit aliquā rem nouā in deo: ſz dicit ſm rationē tm̄ intelligētis: ita etiā ⁊ fact⁹ non impoꝛtat circa deū niſi fieri rōnis ſicut etiā cū dicit Dñe refugiū fact⁹ es nobis. ℂ Ad p̄imū ergo dicendū q⁹ mutari ꝓpꝛie dicit p̄ remotionē a termino a quo. fieri aūt p̄ acceſſuz ad terminū. q⁹ igit⁹ nihil remotū ē a deo neq̄ ſm rem neq̄ ſm rationē. aliq̄d aūt adtenit ei ſm rationē etſi nō ſm rem: iō potest dici fieri: ſz nō mutari. ſicut etiā ſciēs q̄n cōſiderat nō mutat ꝓpꝛie loquēdo: ſz p̄ficit: vt dicit p⁹s in. ij. de aīa. ℂ Ad ſecūdū dicendū q⁹ illud fieri est tm̄ rōnis. ⁊ iō non est inconueniēs q⁹ circa deū ponat. ℂ Ad tertiū dicendū q⁹ obiectio illa ꝓcedit q̄n est fieri reale. tūc enī oportet q⁹ aliq̄d realiter adueniat. ⁊ h̄ aliquo mō est p̄fectio ei⁹ cui aduenit. ſic aūt nō est in ꝓpoſito: vt dictū est. ℂ Ad q̄rtū dicēdū q⁹ dicta locutio verificat rōne vtriuſq̄ ſil⁹. ſ. ſuppoſiti ⁊ nature. quāuis enī ſuppoſitū illud ſemp fuerit: nō tm̄ ſemp fuit ſuppoſitū humane nature ſm q⁹ ſignificat h̄ noīe hō. ℂ Ad q̄ntū dicendū q⁹ humana natura h̄z ſilitudinē cū accidēte in xp̄o in q̄ntū aduenit diuine nature poſt eē cōpletū. nō enī ſequit Petr⁹ est fact⁹ albus ergo est fact⁹: q⁹ albū diminuit de rōne facti ſimplicit. q⁹ enī factū est nūc est: ⁊ p⁹ius nō fuit. nō aūt ſequit Si p⁹ius non fuit albus q⁹ nō fuerit ſimpliciter: q⁹ albū aduenit poſt cōpletū eſſe. ⁊ ita nō ſequit Deus est factus homo: ergo deus est factus ſimpliciter.

Ad ſecūdū ſic ꝓcedit. videt⁹ q⁹ hec nō ſit vera Homo factus est deus. Dicit enī Dama. ⁊ habet⁹ in l⁹a q⁹ nō dicimus hominē deificatū. ſz idē est dicē hoīez deificatū ⁊ factū deū: ergo hō nō est fact⁹ de⁹. ℂ P̄ cū dicit hō factus ē de⁹: aut hō tenet⁹ p⁹o nā aut ꝑ ꝑſona. ſi p⁹o nā: nā aūt humana nō est facta de⁹: q⁹ nunq̄ ē nec fuit de⁹: ergo ē falſa. ſi p⁹o ꝑſona: ꝑſona aūt filij dei fuit ſemp de⁹: ergo nullo mō hec est vera Homo est fact⁹ de⁹. ℂ P̄ ſm Damaſ. hō ⁊ de⁹ cōicant ſibi idiomata: vt quicq̄d dicitur de hoīe poſſit dici de filio dei. ſz hec est falſa Filius dei ē fact⁹ hō: ergo hec ē falſa Homo ē fact⁹ de⁹. ℂ P̄ q⁹ deus fact⁹ ē hō: poſſum arguere q⁹ de⁹ ē hō recens. ſi ergo hō fact⁹ ē de⁹: hō erit recens de⁹: q̄ō ē cōtra p⁹s. Nō erit in te de⁹ recens. ℂ P̄ q̄ō dicit fieri aliq̄d: ꝑſupponit ſm intellectū ad hoc q⁹ fieri dicit. ſed xp̄s nō p⁹ius intelligit hō q̄ de⁹: ergo non p̄t dici q⁹ hō fact⁹ ſit de⁹. Sz ⁹ra Aug. taᶜ fuit vnio q̄ hominē faceret deū: ⁊ deū hominē. ℂ P̄ hō ē de⁹ ⁊ nō ſemp fuit de⁹: ergo fact⁹ ē de⁹. ℂ P̄ factio q̄ impoꝛtat ꝑ ticipiū ſm rem nō ponit in deo ſz in humana natura ſz hō ſignificat humanā naturaz. cū ergo hoc ꝑticipiū ponat rem ſuā circa ſubiectū in compatione ad p̄dicatū: videt⁹ q⁹ magis ſit hec vera Homo fact⁹ ē de⁹ q̄ hec de⁹ factus ē hō. ℂ R⁹ dicendū q⁹ hec ꝓpoſitio ſil⁹ tripliciter p̄t accipi ſicut p⁹ecedēs. ⁊ in p⁹imo ſenſu ē vera ſicut et p̄ma: ⁊ eadē rōne. ſicut enī factū ē vt de⁹ ſit hō: ita factū ē vt hō ſit de⁹. in ſecūdo vō ſenſu ē falſa ſicut ⁊ p⁹ima

fuit verum dicere q̄ homo sit deus. ꝛ ſm hoc ſequitur veritas huiꝰ ꝓpōnis ſm primū ſenſum. ſ. factū eſt vt hō eēt deꝰ. vel pōt negare p̄dicatū a ſubiecto: ꝛ ſic falſa eſt: qz in ꝓpōne illa ſubiicit̄ ſuppoſitū eternū: qō ſemp fuit deꝰ. ¶ Ad octauū dicendū q̄ factio ponit̄ ſm rem circa naturā humanā: ſz hoc nomen hō nō ſupponit naturā humanā. ſed ſuppoſitū eternū circa quod nō ponit̄ factio ſm rem: ſed ſm rationez tm̄. nō reſpectu dei: qz ſemp ei infuit: ſed reſpectu hoīs. ꝛ iō ſemp dicit̄ deꝰ factꝰ eſt hō: ſed nō ouertit̄.

Queſtio Tertia.

Deinde querit̄ de locutionibꝰ expꝝimentibꝰ vnionē cū hoc participio p̄deſtinatꝰ. Et circa hoc querunt̄ duo. Primo vtrū hic hō ſit p̄deſtinatꝰ eē filiꝰ dei

Secūdo vtrū filiꝰ dei ſit p̄deſtinatus.

mereñ: qz q; impetrāt hnō nobis ptingit ex hoc q; p̄itus oū viuerēt meruerūt vt hoc impetrarēt. ¶ Ad tertiū dicendus q; xp̄s eſt mō tū cōprehenſor: tunc aūt erat z viator z cōpre hēſor: z ideo tūc mereri potuit: nūc aūt nō. ¶ Ad quartum dicendū q; ille q̄ mereꝫ nō oportet q; ꝓficiat q̄ntū ad ratio nē merēdi. hoc enī accidit ſibi ex hoc q; radix merēdi. ſ. cha ritas non eſt in ſuo merito. ſz oportet q; oīs q̄ mereꝫ ꝓficiat q̄ntū ad mercedē quā mereꝫ: vt. ſ. eam ſibi debitā faciat vel ſimpliciter vel q̄ntū ad aliquē modū quo ſibi p̄ius debita nō erat. ¶ Ad quintū dicendū q; li. ar. xp̄i nō eſt determina tū ad vnū fm numerū: ſz ad vnū fm gen⁹. ſ. ad bonū: quia in malū nō pōt: ſz tū hoc pōt facere z nō facere. z hoc nō exclu dit libertatē ar. qz poſſe peccare nec eſt libertas ar. nec pars libertatis vt dicit Anſel. z hec quidē determinatio ex perfe ctione li. ar. ptingit fm q; p habitū gratie z glie terminatur in eo ad qō eſt nāliter ordinatū. ſ. in bono: qz li. ar. q̄uis in nobis ſe habeat ad bonū z ad malū: nō tū eſt ꝓpter malū: ſz ꝓpter bonū. Vel dicendū q; ſi etiā eēt determinatū ad vnū numero: ſicut ad diligēdū deū: qō nōfacē nō pōt: tū ex hoc lud nō coacte ſz ſpōte tēdit: z ita ē act⁹ ſui dñs. ¶ Ad ſexti dicēdū q; xp̄s nō mereꝫ fm diuinitatē fm quā habet q; oīa ſunt ſua: ſz mereꝫ fm humanitatē ex q̄ nō hz q; oīa ſunt ſua. ſunt ſua: ſz mereꝫ fm humanitatē ex q̄ nō hz q; oīa ſunt ſua.

¶ Et p hꝫ pz ſolutio ad ſeptimū qz a filio dei meremur rone diuinitatis ſue: ex q̄ parte ipſe nō merebaꝫ.

Ad tertiū ſic procedit̄. videtur q; xp̄s nō potuerit me reri in inſtāti ſue conceptiōis. nullus enī mereꝫ niſi q̄ agēdo. ſz p̄ius eſt eē rei q̃ ei⁹ agere: ergo in primo inſtanti cōceptionis q̄ xp̄s primo habuit eſſe fm humanā naturā nō potuit mereri. ¶ Ꝑ opus meritoriū cū delibera tione eſt cū ſit ex electione li. ar. q̄ ſequit̄ ꝺſiliū. ſed delibera tio cū ſit quidā motus req̄rit tp̄s: ergo in primo inſtanti cō ceptionis mereri nō potuit. ¶ Ꝑ quicq̄d xp̄s habuit in pri mo inſtanti ſue cōceptionis habuit ab alio: nō a ſe. ſed meri ti ſui ipſe cauſa fuit: igit̄ in primo inſtanti cōceptionis nō meruit. ¶ Ꝑ fiē meritū eſt p libe. arbi. ita z peccatū. ſed dia bolus nō potuit peccare in primo inſtanti ſue creationis: er go nec anima xp̄i in primo inſtanti creatiōis ſue potuit me reri. ſed primū inſtans cōceptionis fuit primū inſtans crea tionis anime: ergo in illo inſtanti mereri non potuit. ¶ Ꝑ xp̄s q̄ntū ad corꝑus in pueritia erat ſimilis aliꝭ pueris. ſed aliꝭ pueri ꝓpter imbecillitatē organoꝝ corꝑoraliū nō ha bent perfectam imaginationē nec vſum libe. arbi. per conſe quens: ergo nec xp̄s. z ita tunc vt videtur mereri nō potuit. ¶ Sed cōtra. xp̄s in primo inſtāti ſue cōceptionis fuit vir. Jere. xxxj. nouū fa. dñs ſuper terrā femina circūdabit virū. ſed perfecti viri eſt mereri: ergo xp̄s in primo inſtāti ſue cō ceptionis potuit mereri. ¶ Ꝑ perfectior eſt anima perfecta ꝓma z ſecūda perfectione q̃s perfecta ſolū perfectione pri ma. ſed chriſto nō accreuit aliqua ſpiritualis pfectio: ergo cū operatio ſit perfectio ſecūda: z habitus perfectio primā: quandocūq; habuit habitū virtutis habuit actum eius. ſed actu virtutis merebaꝫ: ergo xp̄s in inſtanti cōceptionis me rebatur. ¶ R⁹ dicendū q; xp̄o debem⁹ attribuere fm ani mam omnē perfectionē ſpiritualē que ſibi poteſt attribui. vnde cū poſſibile ſit ipſum in primo inſtāti ſue cōceptionis actū meritoriū perficiſſe: dicendū eſt chriſtū in primo inſtanti quo eſt nō poſſit ſuam actionē habere nō poteſt con tingere niſi trib⁹ modis. Primo ex hoc q; deeſt ſibi aliqua perfectio que requirit̄ ad agēdū: ſicut catulus in primo in ſtanti ſue natiuitatis nō poteſt videre quia nō habet orga nū videndi cōpletū. Alio modo ꝓpter aliquod impedi extrinſecū: ſicut aqua generata in aliquo loco cōcluſo impe ditur vt non poſſit ꝓpꝛio motu moueri. Tertio ex natura operationis que ſucceſſionē habet. z tūc in primo inſtanti quo res eſt incipit illaz actionē: nō tū illa actio eſt in illo in ſtanti ſed in tēpoꝛe ſicut patet q; primū inſtās in quo ignis

est ignis: quod est vltimū instans siue generationis est pri/
mū instans motus sui sursum: sed tū motus eius non est in
illo instanti: quia motus successiuus est. Constat autē q in
xpo nō deficiebat aliqua perfectio ex parte ipsius agentis q̄
est necessaria ad meritoriū actū: ⁊ iterū nihil erat quod im/
pedire posset. ipse etiā motus charitatis quo mouebat in/
diuisibilis erat ⁊ nō successiuus. ⁊ ideo in ipso instanti con
ceptionis mereri potuit. Quidā autē dicūt q in ipso instan
ti cōceptionis non meruit q̄ntū ad vsum virtutū: sed solum
habuit meritū in radice. s. in habitu charitatis ⁊ aliarū vir/
tutū ex quib⁹ dignus fuit gloria. sed q̄ntū ad vsum virtutuz
nō meruit in ipso instāti: sed post ipsum instans. Et ad hoc
mouent rationib⁹ inductis in obiciendo. sed prima opinio
magis mihi placet. ⁊ fm eam respondendū est ad argumen
ta in ōtrariū facta. Ad p̄mū ergo dicēdū q̄ esse est pri⁹ q̄z
agere natura nō tēpore de necessitate. Ad secundū dicen
dū q deliberatio ⁊ consiliū vt dicit ph̄s nō sunt de fine: sed
de bis que sunt ad finē q̄ non est certū que expediūt ad fi
nē intentū. in ipsa autē intētione finis aliquis meret: vnde
nō exigit deliberatio ad meritū etiā in alijs hoīb⁹ q̄ntū ad
appetitū finis. Et preterea in xpo non exigebat deliberatio
etiā q̄ntū ad ea que sunt ad finem: quia de bis certus erat.
Ad tertiū dicendū q illud quod xps habuit in primo in
stanti sue cōceptionis. s. meritū: ⁊ ab alio habuit inquantū
s. ad meritū exigit gratia: ⁊ a seipso habuit inquantū meri/
tū p̄cedit ex li. ar. nō enī semp necessariū est vt causa causa/
tū p̄cedat tpe: sed q̄cq̄z sufficit q̄ p̄cedat natura. Ad quin/
quartū dicendū q motus volūtatis in finē bonū est sibi na/
turalis. vnde in primo instanti creationis sue potest habere
motū in bonū finē: quia ad finē naturaliter desideratuz ap/
petendū nō indigem⁹ deliberatione: ⁊ in hoc potest eē me/
ritū. sed peccatū contingit ex hoc q volūtas mouet in aliq̄d
quod non cōpetit fini naturaliter desiderato. vnde oportet
q cōtingat ex falsa collatione illius ad finē. ⁊ ideo requirit
ad peccatū collatio eius quod habet apparentē bonitatem
ad id quod est p se bonū naturaliter desideratū. vnde in pri/
mo instāti creationis nō potest mens peccare. Ad quin/
tū dicendū q xps nō habebat a sensib⁹ acceptā scientiā sed
infusam: ⁊ ita habitus sciētie perfecte poterat eē etiā cū in/
firmitate organoz. ⁊ iterū dictū ē q infirmitas corporis in
ipso nō refundebat in mentē: sicut nec mētis gloria corpoz
infirmitatē tollebat. ⁊ iō impfectio organoz corpaliū vsum
rationis nō tollebat in ipso.

Ad quartū sic procedit. videtur q xps nō meruit fi/
bi imortalitatē corporis. mereri enī est extranei cui
nō debet merces nisi p meritū: sicut ⁊ adoptari est
extranei cui nō debet hereditas nisi p adoptionē. ſz xps ad
bona patris que sunt sua nō dicit adoptari quasi extrane⁹:
ergo eadē ratione nec imortalitatē vel aliq̄d huiusmodi me
ruit. P̄ premiū ē digni⁹ merito. sed bon⁹ motus aīe xpi
quo merebat est dignior quolibet corporali: ergo nō mere/
batur imortalitatē corporis. P̄ xps nō erat debitor mor/
tis: quia nō habebat peccatū quod mortis debitores facit.
ergo cū nullus mereat illud malū euitare cuius nō est debi
tor. videt q ipse imortalitatē nō meruit. Sed contra est
q̄ in ſra dicit q claritas corporis est premiū humiliatōis.
sed imortalitas corporis ad claritatē corporis ptinet: ergo
etiaz imortalitatē meruit. P̄ bona gloriе nulla creatura
bz fine merito. sed imortalitas ptinet ad gloriā: ergo ipsam
xps meruit. Ulterius videtur q impassibilitatē anime
xps nō meruit. Id enī quod nobis ē naturale nō meremur.
sed anima fm suam naturā est impassibilis: ergo impassibi
litatē non meruit. P̄ omne quod ineſt alicui p accidens
ex hoc ipso q accidens remouet ei nō ineſt. sed anima pati/
tur sicut ⁊ mouet p accidens. s. p corpus: ergo ex hoc ipso q
separat a corpore fit passibil. sed xps non meruit animā a cor
pore separi: q̄ meritū mortis peccatū est vt dicit Ro. vi. er/
go nō meruit impassibilitatem anime. P̄ impassibilitas
anime pertinet ad beatitudinem anime: sed sicut impassibi/
litas corporis ad btitudinē corporis. ſz aīa xp̄i a principio
fuit beata: ergo impassibilitatē anime non meruit. Sed
cōtra. anima xp̄i post resurrectionē fuit impassibil. ſz ante
fuit impassibilis: ergo sicut gloriā resurrectionis: ita ⁊ aīe
impassibilitatē meruit. P̄ anime damnatoz sunt passibi
les quia impassibilitatē nō meruerūt: ergo cum anima xp̄i
nō fuerit passibilis post resurrectionē: videt q impassibili
tatē nō meruit. Ulteri⁹ videtur q non meruerit exalta
tionē: q̄z ex hocipso q humana natura assumpta fuit exalta
ta est: ⁊ nomen diuinitatis sibi debet. sed assumptionē non
meruit vt supra dis. iiij. dictū est: ergo nec exaltationē. P̄
nomen quod est sup omne nomen est nomen in quo flectit
omne genu. sed hoc est nomen iesus: vt dicit Phil. ij. cū er/
go hoc nomen nō meruerit sed ante conceptionē sibi impo
situ fuerit: videt q nō meruerit nomen quod est sup omne
nomē. Si dicat q meruit q̄ntū ad manifestationē Cōtra.
hoc etiā ante manifestū erat: vnde demones ante eū cōfessi
fuerūt: ⁊ pueri ⁊ prophete predixerūt: ergo hoc ipse non me
ruit. P̄ meritū ordinat ad premiū. ſz facere aliq̄d ppter
estimationē hominū pertinet ad vanā gloriam que in ipso
non fuit: ergo exaltationē q̄ntū ad manifestationē hominū
non meruit. Sed otra Lu. xiiij. Qui se humiliat exaltabit.
sed xps se humiliauit: ergo exaltari meruit. P̄ ipse fecit
se dignū tali exaltatione que est in manifestatiōe ad homi/
nes p ea q̄ gessit: ergo meruit ipse hanc exaltationē. Ul
terius videt q etiā premiū substantiale anime. s. fruitionez
diuinā ipse meruerit. maioris enī meriti maius est premiū
sed meritū xp̄i fuit maius omniū sanctorum meritis: ergo ⁊
maior fuit merces quā meruit. nihil autē maius cadit sub
merito q̄z fruitio dei quā sancti merent: ergo ipse etiā me/
ruit ipsam. P̄ gloriosius est aliquid per seipsum habere
q̄z ab alio habere omnia. sed quod quis meret quodāmō
habet p seipsum: cū igit xps fruitionē diuinā gloriosissime
habuit: videt q eā meruerit. P̄ fm illos qui ponunt an/
gelos in solis naturalib⁹ creatos simul in eis fuit meritū et
premiū. ſz nihil ph̄bet xp̄m meruisse fruitionē diuinā nisi
quia ab initio sue cōceptionis eam habuit: ergo videt q in
ipso instanti sue conceptionis mereri potuit vt simul in eo
esset meritū ⁊ premiū. Sed otra. nullus meret fm q est
cōprehensor. sed xps q̄ntū ad fruitionē erat cōprehensor: er
nunc̄z fruitionē meruit. P̄ ex hocipso q intellectus eius
erat deo diunctus in persona sibi debebat fruitio. sed vnio
nē nō meruit: ergo nec fruitionē. P̄ᵒ dicendū ad primā
questionē q sicut predictū est meritū fm se est operatio ei⁹
qui iustiam patit fm quā facit suū id quod sibi reddenduz
est. Non aūt datur aliquid alicui qui habet illud eo modo
quo habet: nec aliquis facit suū quod suū est eo modo quo
suū est. vnde ad merituz fm q theologi de ipso loquunt in
ordine ad ea que sunt bona simpliciter quattuor requirun/
tur q̄ntū ad id quod aliquis mereri dicit. Primuz est q il/
lud sit de pertinētib⁹ ad beatitudinē. Secundū est q illud
sit non habitū quod per meritū acquirit reddendū iustitia
mediante. Tertiū est q illud sit non debitū quod merendo
quis sibi debitū facit. Quartū q id quod quis mereri dici/
tur sequat ad minus ordine nature ad ipsum meritū. ⁊ ideo
gratia que est merēdi principiū: ⁊ alia naturalia que exigū
tur ad meritum sub merito non cadunt. Hec autē quattuor
in christi imortalitate inueniunt: quia est de bis que perti/
nent ad beatitudinē corporis. Itē non fuit ab eo semp ha/
bitū: quia a principio mortale corpus assumpsit. Item non
fuit sibi debitū ratione nature q̄uis esset sibi debituz ratio/
ne persone. Item imortalitas non exigit ad merendum: et
propter hoc imortalitatē meruit. P̄ ad primū ergo dicen/
dū q q̄uis imortalitas ⁊ omnia alia bona que sunt in pote
state patris essent in potestate filij q̄ntū ad diuinā personā
non tamē ratione humane nature: vnde nos merendo faci/
mus nobis debitū de eo quod non erat debitū nec̄z nature

neq; persone. christus autē fecit merendo debitū nature de non debito nature q̄uis esset debitū persone. nec est simile de adoptione: quia adoptio respicit personā sicut ꝛ filiatio ¶ Meritū aūt in operatione consistit que variatur fm varietatē nature vt prius dictū est. ¶ Ad secundū dicendum q̄ q̄uis actus mētis quo christus merebat sit simpliciter melius q̄ ī̄mortalitas corporis: tñ illa est melior q̄ntū ad statū inq̄ntū. s. ptinet ad statū beatitudinis: ¶ actus vō mentis fm q̄ in eo consistit meritū: pertinet ad statū viatoris. ¶ Vel dicendū q̄ hoc habet veritatē in premio substātiali anime: ꝛ non in alijs. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ christus q̄uis non haberet necessitatē moriendi ex peccato: habebat tamen ex p̄n cipijs naturalibus vt supra dictū est. ꝛ ideo humane nature in christo ī̄mortalitas nō erat debita. vel dicendū q̄ p̄uatio culpe q̄uis auferat meritū mortis: non tamen dat ī̄mortalitatē qua impossibile est mori qualis est ī̄mortalitas quam meruit christus: sicut patet in adam q̄ntū ad primū statū in quo nō erat predicta ī̄mortalitas. ¶ Ad secundā questionē dicēdū q̄ anima dupliciter dicit passibilis. Uno modo fm iustitiam diuinā sicut patit in inferno ab igne corporali: ꝛ hec ē cōmunis anime ꝛ omni spiritui creato in suis tñ naturalibus cōsiderato. Alio modo dicit anima passibilis fm naturam. ꝛ hoc vel per accidens ex passione corporis vt supra dictū est q̄ lesio corporis ad animā pertingit quodā modo inquantū est forma eius. vel per operationē propriā siue illa sit cōmunis anime ꝛ corpori: sicut in delectatiōib⁹ ꝛ tristitijs que sunt fm partem sensitiuam. siue sit propria ipsi anime: sicut in delectationib⁹ ꝛ tristitijs intellectiue partis. quia aūt anima fm suam naturā est forma corporis: Forme aūt est vt sit materie proportionata: ideo in ipsa natura anime etiam sine corpore existētis est vt sit nata pati ad passionē corporis q̄uis nō patiat actu sine corpore q̄ntū ad illas passiones que naturaliter ei inesse possunt vel ex corpore vel cum corpore. Nec aūt aptitudo nō tollitur per id per quod natura per gratiā reformatur. q̄uis enī homo reformetur q̄ntū ad actus personales per gratiam: non tamen reformatur q̄ntū ad naturā nisi per gloriā que omnes defect⁹ nature tollit: cui⁹ signū est q̄ reformati per gratiā in actu naturali defectum patiunt: quia in originali peccato generāt. vnde oportet q̄ istam aptitudinē naturalē ab anima habitus glorie tollat per quē anima perficit nō solum in potentijs q̄ntū ad actus personales: sed inquantū est natura quedam. vnde ex ipsa glorificata in corp⁹ gloria transfundit p habitū etiam glorie excludit ꝛ tristitia intellectiue partis. ꝛ iterū possibilitas peccādi p quā est possibilitas ad passionē ex iustitia diuina. vnde constat q̄ impassibilitas anime ad gloriā pertinet. Et q̄ xp̄s gloriā anime inquantū est natura corporis nō habuit a principio sue cōceptionis: q̄ corpus passibile fuit q̄uis haberet animaz glorioſam q̄ntū ad operationes quib⁹ deo fruebat. ideo sicut meruit ī̄mortalitatē corporis: ita etiaz meruit impassibilitatē anime. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ anima fm suam naturā est impassibilis vt pati non possit q̄ntū ad passiones proprie dictas de quibus loquimur sine corpore: est tamē fm naturā suā passibilis. i. potens pati has passiones in corpore ꝛ per corpus. vnde hec determinatio per naturā potest determinare passibilitatē vel q̄ntū ad potentiā: ꝛ sic falsa est propositio. vel quantū ad actū: ꝛ sic vera est: quia passibile est potens pati. ¶ Ad secundū dicendū q̄ q̄uis per accidēs inesset aīe passio: nō tñ p accidēs aptitudo ad patiendū simul cū corpore. ꝛ ideo q̄uis ea sepata a corpore tollat passio fm actū: nō tñ tollitur aptitudo patiendi. Unde si iterū corpori vniret nō faceret tñ coniunctū sibi corpus impassibile: sed in eo p accidēs pateret sicut ꝛ prius nisi q̄n glorificata est: tunc enī si corpori vnitur corpus impassibile facit. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ impassibilitas anime ptinet ad beatitudinē aīe inq̄ntū est natura ꝛ forma corporis: ꝛ talem beatitudinē aīa xp̄i nō habuit a principio sue cōceptionis: sed beatitudinē que ꝺsistit in actu fruitionis. ¶ Ad tertiā questionē dicendū q̄ sicut dicit p̄bs in. i. ethic. in felicitate aliquid inuenit esse tiale ipsi sicut virtutes que faciunt operationē perfectā. Alii q̄d autē q̄ facit ad bene esse felicitatis: sicut diuitie: ꝛ amici: ꝛ huiusmodi. Silr dico q̄ aliq̄ sunt q̄ sunt de substantia beatitudinis: sicut obtes anime ꝛ corporis. aliquid aūt q̄ est de bene eē ipsius: scut manifestatio btitudinis ad alios in quo etiā gloria consistit: quia gloria est clara cū laude notitia. glo. Ro. vlti. sicut etiā p̄bs dicit q̄ de bene eē ipsi⁹ felicitatis est vt felix etiā post mortē viuat in memorijs hominū. Quia in xp̄o debuit eē cōpletissima beatitudo: ideo nō solū in seipso beatificat⁹ est: sed ad perfectionē sue beatitudinis etiā sua beatitudo alijs ostensa fuit. ꝛ fm hoc dicitur exaltationē meruisse. que q̄dē exaltatio in trib⁹ cōsistit. i. in noticia corporis fm q̄ dicit⁹ accepisse nomē sup omne nomē: quia nomē de re noticiā facit. Itē in reuerētia corporis q̄n tū ad genuflectionē. Itē in confessione oris. ꝛ hoc est quod dicit Apl's Et ois lingua cōfiteat⁹ tē. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ q̄uis fuerit exaltat⁹ ab initio sue cōceptionis: non tñ sua exaltatio fuit tunc manifesta: ꝛ res in sacra scriptura tunc fieri dicit⁹ q̄n innotescit. ¶ Ad secundū dicendū q̄ nomen sup omne nomē dicit⁹ eē vt q̄ntū ad id a quo imponit ꝛ sic est nomē ihesus vel xp̄s: quia vtrūq; exponit⁹ ex vnione humane nature ad diuinā: quia fm hoc vnct⁹ dicit⁹ q̄ deo est vnctus. ꝛ fm hoc etiā a peccatis saluos facere pōt. vel q̄n tū ad id cui nomen imponit⁹: ꝛ sic hoc nomē deus est supra omne nomen: q̄ imponit⁹ sibi fm diuinā naturā. ꝛ hec ois q̄uis fuerūt in eo fm rei veritatē a principio cōceptionis: non tñ erant in noticia hominū. ¶ Ad tertium dicendū q̄ ante resurrectionē erat quidem manifesta xp̄i exaltatio nō oīb⁹ sz paucis. ꝛ quibusdā etiā non p certitudinē: sz p q̄ndā coniecturā: sicut demonib⁹. ꝛ aliquib⁹ iudeis. sz post resurrectionē suā altitudo toti mundo innotuit: ꝛ p certitudinez fidei. ¶ Ad quartū dicēdū q̄ meritū nō fit propter premiū nisi ad quod ordinat⁹ principaliter: hoc aūt est illud q̄ē de subst̄ātia beatitudinis. vnde etiā q̄uis honor ciuilis tñ ciues propter illū honorē nō opet premiat⁹ virtus ciuilis: tñ ciues propter illū honorē nō operant⁹ virtutis opera: sz ppter bonū ipsi⁹ virtutis. ¶ Ad q̄rtā questionē dicendū q̄ gl'ia aie consistit in hoc q̄ aīa ipsi deo vnit⁹ p visionē ꝛ amorē. ꝛ quia posterior vnio presupponit priorē: sicut hoc q̄ deus est in sanctis p gratiā presupponit hoc q̄ in oīb⁹ est p essentiā presentiam ꝛ potentiā: ō eadē rōne vnio que est in p̄sona q̄ est vltima ꝛ cōpletissima p̄supponit oēm aliam vnionē ad deū. vnde ex hoc ipso q̄ aīa xp̄i erat deo in p̄sona diuūcta debebat fibi fruitionis vnio: ꝛ nō p operationē aliquā ei facta debita. ꝛ ideo q̄ meritū ostitit in opatione que facit nobis aliq̄d debitū xp̄s fruitionē nō meruit. Secus aūt est de gl'ia corporis: q̄ gl'ia corporis nō ostitit in vnione ad deū: vnde sine ea corp⁹ diuinitati vnitū esse potuit: ꝛ fuit dispensatiue propter opus redemptionis implendū. Et propter hoc fruitionē in qua cōsistit gl'ia aie christus semper habuit: ꝛ ipsam nō meruit sicut meruit gloriam corporis. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ hoc q̄ christus fibi beatitudinē que est in fruitione non meruit non fuit ex insufficientia meriti: sed ex perfectione meritis. ¶ Ad secundum dicendū q̄ christus magis habuit ex seipso quod ex vnione habuit q̄ aliquis habeat id quod ex operatione acq̄rit: quia habuit illud naturaliter. ꝛ ideo etiam glorios⁹ habuit fruitionē q̄ aliquis alius. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ fm illam opinionē angeli nō semper habuerunt beatitudinez nec iterū aliquid erat in eis vnde eis deberetur. ꝛ ideo mereri potuerunt simul q̄n acceperūt gratiā: vt in. ij. li. di. vi. octum est. nō est aūt ita de xp̄o q̄ semp beat⁹ fm animā fuit. ꝛ cui ex ipsa vnione debebat gloria.

Ad quintū sic procedit. videt q̄ christus per passionē non meruerit fibi. mereri enī est aliquid fibi debitū facere. sed qui fibi semel aliq̄d debitū fecit pro ta emēdo nō vlteri⁹ emit illud: ergo ꝛ q̄ meruit aliq̄d semel

Ad sextum sic proceditur. videtur q̄ christus nobis mereri nō potuit. sicut enī laus requirit volūtariū: ita z meritū. sed propter hoc q̄ laus requirit voluntariū in laudato: ideo vnus nō laudat̄ propter actū alteri⁹: ergo sil̄r nec vn⁹ alteri mereri pōt. z sic xp̄s nihil nobis meruit. ¶ Ezech. xviij. dicit̄ Aīa que peccauerit ipsa morte tur. ergo eadem rōne aīa q̄ operat̄ ipsa premiabitur: z ita videtur q̄ xp̄s nobis mereri nō potuit. ¶ xp̄s non meruit fm q̄ deus: sed fm q̄ hō habens charitatē. sed vn⁹ habens charitatē nō merek alteri nisi ex cōgruo quod nō est p se loquendo meritū. ergo ꝛc. ¶ Sed cōtra. xp̄s fm q̄ hō est caput nostrū: ergo nobis aliquid influit. sed nō nisi meritorie ergo xp̄s nobis aliq̄d meruit. ¶ nullus pervenit ad gloriam sine merito. sed pueri baptisati perveniēt ad gloriā: ergo cū nō pueniant p meritū propriū pvenient p meritū xp̄i: z ita xp̄s nobis aliquid meruit. Ulteri⁹ videt q̄ nō meruit nobis ianue apertionē: qm enoch z helias ante xp̄i incarnationē in paradisum introierunt: ergo ante xp̄m ianua erat aperta. ¶ quicūq; merek paradisū merek etiā apertionē ianue paradisi. sed antiq̄ patres meruerūt paradisum cū haberent charitatē ita p̄fectā sicut z nos: z cū propter paradisum omnia operarent̄: ergo meruerūt apertionē ianue paradisi. ¶ posita causa sufficiēti nō requirit aliq̄d aliud ad effectū. si ergo xp̄s sufficienter meruit nobis apertionez ianue paradisi: videt q̄ non oporteat nos aliq̄d propter paradisum operari: quod est falsum: ergo z primū. ¶ Sed cōtra. ante xp̄m nullus in paradisum intrauit: quia sancti patres ad limbū descēdebant. sed postea boīes in paradisum intrauerūt sicut dicit Lu. xxiij. Hodie mecū eris in paradiso: ergo paradisi apertionē xp̄s meruit. ¶ p peccatū ade clausa est ianua paradisi vt patet Gen. iij. sed xp̄s pro peccato ade satisfecit: ergo ipse apertionem ianue nobis meruit. ¶ Ulterius videt q̄ nō tm̄ per passionē apertionē ianue nobis meruit charitas. charitas enī ei⁹ in passione nō fuit maior q̄m ante. si ergo p passionē meruit z etiā ante meruit. ¶ in baptismo celi aperti sunt sup eū. sz baptism⁹ passionē p̄cessit: ergo ante passionē celi apertionē nobis meruit. ¶ videt q̄ p ascensionē p id q̄ dicit Aoct. ij. Ascēdit pandens iter ante eos. ¶ Sed ctra. xp̄s satisfaciēdo nobis ianuam aperuit. sed satisfecit p passionē: ergo p passionē ianue apertionē meruit. ¶ clausio ianue fuit decretum q̄ erat ctrariū nobis. sed hoc tulit xp̄s de medio affigēs illud cruci Col. ij. ergo p passionē ianue apertionē nobis meruit ¶ R°. dicendū ad primā q̄stionē q̄ sicut dicit Damas. in. iij li. caro xp̄i z aīa erat q̄si instrumentum deitatis: vnde q̄uis eēt alia operatio dei z hois: tm̄ operatio humana habebat in se vim diuinitatis sicut instrumētū vi agit principal̄ agētis. z ꝓpter hoc dicit Damas. q̄ ea q̄ hominis sunt supra hominē agebat. vnde z actio xp̄i meritoria q̄uis eēt actio humana: tm̄ agebat in virtute diuina: z iō erat potestas supra totā naturā: q̄ nō poterat esse de aliqua operatione pura hominis: quia homo singularis est minus dign⁹ q̄z natura cōmunis: qz diuin⁹ est bonū gētis q̄z bonū vni⁹ hois. z qz oēs hoīes sunt vn⁹ hō in natura cōi vt dicit Porphi. inde ē q̄ meritū xp̄i q̄ ad naturā se extendebat etiā ad singulos se extendere poterat: z ita alijs mereri potuit. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ xp̄m mereri pro alio dicit̄ dupliciter. Aut ita q̄ ipse mereat̄ loco alteri⁹. i. q̄ ptinet ad aliud vt mereatur: z sic xp̄s pro alijs nō meruit: qz meritū oportet q̄ pcedat ex volūtate merētis vt obiectio pcedebat. Aut ita q̄ ipse aliq̄d alteri mereat̄ q̄ sub merito illi⁹ nō cadit. z sic xp̄s alijs meruit ea q̄ ipsi sibi mereri nō potuerūt. ¶ Ad secundū dicendū q̄ membra z caput ad eandē psonā ptinēt. vñ cū xp̄s fuerit caput nostrū ꝓpter diuinitatē z plenitudinē gratie in alios redūdantē: nos autē sum⁹ membra ei⁹ meritū suū: nō est extraneū a nobis: sz in nos redundat propter vnitatē corporis mistici. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ xp̄s ea que sunt hominis agebat supra hominē vt dictū est. ¶ Ad secūdā q̄stio-

vlteri⁹ nō pōt mereri illud. sz xp̄s ab instāti cōceptionis meruit sibi ea q̄ dicta sunt: ergo per passionē nihil sibi meruit. ¶ meritū facit vel de nō debito debitū: vl̄ de debito magis debito. sed ea que xp̄s meruit nō fuerūt sibi magis debita post passionē q̄z ante: qz p primū meritū fuerūt sibi facta sufficienter debita: ergo per passionē sibi xp̄s nihil meruit. ¶ passio in corpore xp̄i fuit. sed meritū nō est nisi in aīa: ergo p passionem xp̄s nihil sibi meruit. ¶ meriti principiū est in nobis: quia volūtariū est cui⁹ principiū est intra: vt dicit in. iij. ethico. sed principiū passionis nō est in patiēte sz in agēte. g̃ xp̄s p passionē nō meruit. ¶ de meritū ostis sz patiētie vl̄ fortitudinis: g̃ xp̄s per passionē nō meruit. ¶ Hz̄ō est q̄ dr̄ in l̄ra q̄ passio claritatis est meritū. ¶ Ioan. xv. Maiorē charitatē ꝛc. ergo ipse p suā passionez meruit. ¶ passio sua maior fuit alior scōr passionib⁹: vt supra di. xv. dictū est. sed alij sancti suis passionibus meruerunt: ergo z xp̄s p suam passionē meruit. ¶ R°. dicendū q̄ mereri sicut dictū est est facere aliquid sibi debitū: hoc autē contingit tribus modis. Uno modo q̄n aliquis facit de nō debito debitum: sicut aliquis primo motu charitatis meretur vitā eternā faciens eam debitā sibi q̄ prius ei debita nō erat. Alio modo quod erat minus debitū faciendo sibi magis debitū: quod cōtingit in eo in quo charitas augeť. Tertio modo contingit q̄n aliquid quod est vno modo debitū sibi facit alio modo debitū sibi: sicut puer baptisatus cui debeť vita eterna ex habitu gratie in baptismo infuso q̄n vsum liber. habere incipit facit sibi debitā eā ex actu. primo igit̄ mō xp̄s meruit in primo instanti sue conceptionis claritatē corporis: que quidē nō erat ei debita neq; ex cōditione nature in se cōsiderate neq; ꝛsequebať ex necessitate vnionis sicut gloria fruitionis vt dictū est. Secundo aūt modo xp̄s meruit in oīb⁹ actib⁹ suis post primū instans sue cōceptionis nō potuit: qz charitas nō ē augmētata in xp̄o. Tertio mō actibus debebať. Actus autē quo quis mereť est ille cuius agēs est dīus vt supra dictū est: z qui est proportionat⁹ meritis: quia fecit sibi debitū aliquib⁹ actib⁹: quod prius alijs cedi. Est aūt homo dīus suor actuū p volūtatē quā quia charitas perficit in ordine ad finē vltimū: ideo actū fim propor tionatū facit. s. beatitudini que propria merces est nostrorū meritor. z ideo omnis actus volūtarius charitate informatus est meritorius. Cū igit̄ xp̄s passionē suam volūtarie sustinuerit: oblatus enī est quia voluit: z volūtas ista charitate fuerit informata: nō est dubiū q̄ p suā passionē meruerit babendā rem que emit̄: z ideo postq̄z semel empta est ulterius nō emit̄. sed actio qua quis mereť nō est principaliter propter premiū consequendū: sed propter bonū charitatis. vnde homo habens charitatē etiam operareť si nulla retributio sequereť. vnde etiā postq̄z meruit aliq̄d operaťur: z id debeť. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ nō oportet q̄ faciat sibi magis debitū: quia hoc est fm intentionē charitatis que est rapi merēdi: sz facit sibi plurib⁹ modis debitū. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ q̄uis passio sit in corpore: tm̄ volūtas acceptans passionē fuit in aīa. ¶ Ad quartū dicendū q̄ passio inq̄ntū passio nō est meritoria: quia sic principiū ei⁹ est extra: sed est meritoria inquātū est acceptata p volūtatē: sic enī est volūtaria: z principiū eius est intra. Acceptaťur aūt passio a volūtate dupliciter. vel sicut volūtariū absolute: sicut in xp̄o q̄ se volūtarie obtulit passioni vt nostre redēptionis opus expleret. vel sicut volūtariū mixtū: sicut q̄n aliquis etsi vellet non pati: tamen magis vult sustinere passionem q̄z aliquid contra deum faciat. ¶ Ad quintū dicendū q̄ q̄uis meritū sit in charitate sicut in radice: non tamen meremur sola charitate: sed etiam alijs virtutibus inquantum earum actus sunt a charitate impati.

nem dicendum q̄ sicut clausio ianue est obstaculum perbi/bens ab ingressu dom⁹: ita per silitudinē dicit ianua para/disi clausa inquantū est aliquod obstaculuz ꝓhibens ab in/troitu paradisi. Obstaculū autē potest esse duplex. Unū ex parte persone: quod est p̄ peccatū actuale. Aliud ex parte na ture: quod est p̄ peccatū originale. Primū quidem obstacu lum non est cōmune omnib⁹ sed tm̄ peccatoribꝫ. sed secūdū obstaculū est omnib⁹ cōmune. ⁊ hoc quidē obstaculum au ferri nō potuit nisi p̄ eū cui⁹ operatio in totā naturā potuit s. xp̄m. ⁊ iō ipse nobis q̄ntū ad hoc opationē ianue meruit q̄ p̄ peccatuz primi hois toti vitiate nature clausa erat. ¶ Ad p̄mū ergo dicēdū q̄ est duplex paradisus. s. celestis que est ipsa visio dei: ⁊ terrestris. Per peccatū aūt primi hois clau sa fuit ianua paradisi terrestris in signuz q̄ humane nature claudebat ostiū paradisi celesti. Enoch ergo ⁊ helias q̄uis paradisum terrestrē ante passionē ingressi sunt: nō tm̄ para disum celestē: de cui⁹ ianua hic loq̄mur. ¶ Ad secundū di cēdū q̄ antiq̄ patres meruerūt introituz paradisi q̄ntū ad id quod p̄sone est: sicut ⁊ nos: tm̄ q̄ remouere impedimentuz q̄ erat ex parte nature mereri nō potuerūt. ⁊ ideo semp re manebat eis ianua clausa. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ q̄uis re motū sit impedimentū q̄ erat ex parte nature p̄ xp̄m: tamē oportet q̄ p̄ actū meritoziū efficiat hominī paradisi debit⁹ q̄ntū ad id q̄ est p̄sone. ⁊ ideo oportet q̄ hō agat ad hoc vt paradisum intrare mereat. ¶ Ad tertiā questionē dicēdū q̄ obstaculū q̄ ianuam paradisi claudebat vt dictū est: fuit peccatū totam naturā inficiens. ⁊ ideo q̄z peccatū p̄ satiffa ctionē tollit: nec satisfactio potuit congrue aliter fieri nisi p̄ passionē xp̄i vt infra dicet: ideo p̄ passionē ipsius tm̄ aperta est nobis ianua: ⁊ nō p̄ alia q̄ prius operat⁹ est. tm̄ p̄ alia que prius operat⁹ est meruit nobis ouersionē ad ipsum inq̄ntū meruit se nobis manifestari p̄ quā nos pficim⁹: ⁊ non ipse. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ meritū satisfactionis nō cōsi stit tm̄ in charitate: sz̄ req̄rit passionē xp̄i vt infra dicet. p̄ sa tisfactionē autē oportebat nobis ianuā aperiri. ¶ Ad secū dū dicendū q̄ in baptismo aperti sunt celi: q̄z baptism⁹ est id p̄ quod efficimur participes passionis xp̄i cōsepulti cum ipso in morte Ro. vi. vnde baptism⁹ aperit ianuam nisi sup posita passione. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ ascensio nō aperuit ianuam q̄ntū ad id quod est essentiale paradiso. s. visionem dei: q̄z etiā ante ascensionē deū viderūt sci educti de limbo sed q̄ntū ad locū cōgruentē beatis. Ut amota ignea rūphea que quidē posita in paradiso terrestri significabat impedi mentū quod ꝓhibebat ingressum paradisi celestis. Sz̄ vel mox post carnis ꝛc̄. hoc probabilius est: quia etiā alie ani me scōz que nihil purgabile habēt mox post separationē a corpore impassibiles fiunt. In qua forma crucifixus est in ea exal. Cōtra. Exaltatio est vsq̄ ad equalitatē patris q̄ nō conuenit sibi fm̄ humanā naturā in qua crucifixus est. Dicen dum q̄ exaltatio potest dupliciter intelligi. Aut q̄ntū ad co gnitionē nostrā: ⁊ sic debet̄ persone ratiōe vtriusq̄ nature. Aut q̄ntū ad rem: ⁊ sic cum exaltatio duo importet. s. termi nū ad quē: ⁊ motū: ad ipsum termin⁹ cōuenit persone fm̄ q̄ dicitur exaltari vsq̄ ad equalitatē patris. nature aūt assum pte fm̄ q̄ dicit̄ exaltari ad potiora bona patris. motus autē cōuenit tm̄ nature. ¶ Nō est autē inuentus aliquis inter homines. Quia meritū vni⁹ puri hominis nō poterat in totā naturā. ¶ Uix vnicuiq̄ sua. Quia iustitie nostre imperfectionē habēt ad mixtam. ⁊ ideo vix valent q̄ntū ad personale meritum. nul lo autē modo ad merendū p̄ tota natura. ¶ Impleto autē dei decreto. Decretū dicit̄ dei preceptū quod adā transgres sus est: quod christus obediendo impleuit. Uel decretū di citur sententia mortis quā in adam tulit. ⁊ hoc etiā decretū xp̄s impleuit q̄n̄ mortem sustinuit. Cyrographū autē dici tur memoria preuaricationis ade: siue reatus ipsius: quod xp̄s p̄ro nobis satisfaciendo deleuit. ¶ Tantū enī fuit pecca tū. De hoc infra di. xx. quere.

DISTINCTIO .XIX.

¶ Dic qualiter a diabolo ⁊ a peccato redemit nos per mortem.

In igit̄ queramus quomodo per mortem ipsius a diabolo ⁊ a peccato ⁊ a pena redempti su mus. A diabolo igit̄ ⁊ a pecca/to per mortē christi liberati su mus: quia ut ait Apostolus in sanguine ipsi⁹ iustificati sum⁹. ⁊ in eo q̄ sumus iustificati. i. a peccatis soluti a dia bolo sumus liberati: qui nos in vinculis peccato⁹ tenebat. Sed quomodo a peccatis per eius mortē soluti sumus: Quia per eius mortē ut ait Apostolus cōmendatur nobis charitas dei. i. apparet exi/mia uel cōmendabil⁹ charitas dei erga nos in hoc q̄ filiū suū tradidit in mortē p̄ro nobis peccatori/bus. Exhibita aūt tante erga nos dilectionis arra ⁊ nos mouemur accēdimurq̄ ad diligendū deū q̄ p̄ro nobis tantū fecit: ⁊ per hoc iustificamur. i. solu ti a peccatis iusti efficimur. Unde igit̄ xp̄i nos iu/stificat dum per eam charitas excitat in cordibus nostris. Dicimur quoq̄ ⁊ aliter per mortez xp̄i iu/stificari: quia per fidem mortis eius a peccatis mū damur. Unde Apls: Justitia dei est p̄ fidē ieſu xp̄i Et idem: Quē proposuit deus propiciatorē p̄ fidē in sanguine. i. p̄ fidē passionis ipsius: ut olim aspi/cientes in serpentē eneum in ligno erectuz a mor/si bus sanabantur serpentiū. Si ergo recte fidei in/tuitu in illū respicimus qui p̄ro nobis pependit in ligno: a vinculo diaboli soluimur id est a peccatis: ⁊ ita a diabolo liberamur: ut nec post hanc vitam in nobis inueniat quod puniat. Unde sua quip/pe vno verissimo sacrificio quicquid culparū erat vnde nos diabolus ad luēda supplicia detinebat christus extinxit: ut in hac vita temptando nō pre/ualeat. Licz enī nos temptet post mortē xp̄i: quib⁹ modis ante temptabat: non tamen vincere potest sicut ante vincebat. Nam petrus qui ante xp̄i mor tem voce ancille territus negauit: post mortē ante reges ⁊ p̄sides ducto⁹ non cessit. Quare: Quia for tior. i. christus veniēs in domū fortis. i. in corda no stra vbi diabolus habitabat alligauit fortez. i. a se/ductione compescuit fideliū: ut temptationez que ei adhuc permittit̄ non sequat̄ seductio. Itaq̄ in christi sanguine qui soluit que nō rapuit redempti sumus a peccato: ⁊ per hoc a diabolo. Nam ut ait Augus. in ipso vincunt̄ inimice nobis inuisibiles potestates: vbi vincuntur inuisibiles cupiditates. Fuso enī sanguine sine culpa omniū culparū cyro rographa deleta sunt: quibus debitores qui in cuz credunt a diabolo ante tenebant̄. Dū qui p̄ro mul tis effundet̄. Per illū ergo redempti sum⁹ in quo princeps mundi nihil inuenit. Unde Augus. cau/sam ⁊ modum nostre redemptionis insinuans ait Nihil inuenit diabolus in christo ut morerē: sed p̄ro voluntate patris mori christus voluit: non ha

bens causam mortis de peccato: sed de obedientia
& iustitia mortē gustauit: per quā nos redemit a ser
uitute diaboli. Incideram⁹ enī in principē huius
seculi qui seduxit adā & seruū fecit: cepitq; nos q̄si
vernaculos possidere. Sed venit redemptor & vi
ctus est deceptor. Et quid fecit redemptor captiua
tori nostro. Tetendit ei muscipulam crucē suā: po
suit ibi quasi escā sanguinē suū. Ille autē sanguinē
fudit nō debitoris per quod recessit a debitoribus.
Ille quippe ad hoc sanguinē fudit ut peccata no
stra deleret. Vnde ergo nos diabolus tenebat dele
tū est sanguine redemptoris. Nō enī tenebat nos
nisi vinculis peccatoꝝ nostrorū. iste erant cathene
captiuoꝝ. Venit ille. alligauit fortē vinculū passio
nis sue. intrauit in domū ei⁹. i. in corda nostra vbi
ipse habitabat: & vasa eius. s. nos diripuit q̄ ille im
pleuerat amaritudine sua. Deus autez noster vasa
ei⁹ eripiens: & sua faciens fudit amaritudinē: & im
pleuit dulcedine: p mortē suā a peccatis redimens
& adoptionē filioꝝ largiens.

¶ Cur deus homo & mortuus.

Actus est igit homo mortalis ut moriēdo
diabolū vinceret. Nisi enī homo eēt q̄ dia
bolū vinceret nō iuste sz violenter hō ei tol
li videret qui se illi spōte subiecit. Sed si eū hō vin
cit iure manifesto hominē perdidit. & ut hō vincat
necesse est ut deus in eo sit qui eū a peccatis īmunē
faciat. Si enī hō p se eēt: uel angelus in homine fa
cile peccaret: cū vtrāq; naturā p se constet cecidisse
Ideo dei filius hominē passibilez sumpsit: in quo
& mortē gustauit: quo celū nobis aperuit: & a serui
tute diaboli. i. a peccato. seruitus enī diaboli pecca
tū est. & a pena redemit. A qua pena. Temporali &
eterna. Ab eterna quidem relaxando debitū. A tē
porali vo penit⁹ nos liberabit in futuro q̄n nouis
sima mors inimica destruetur. Adhuc enī expecta
mus redēptionē corporis. sm animā vero iam re
dempti sumus ex parte: non ex toto: a culpa: non a
pena. Nec omnino a culpa. Non enī ab ea redem
pti sumus ut nō sit: sed ut nō dominet.

¶ Quō penam nostrā portauit.

Peccata enī nostra. i. penam pctoꝝ nostroꝝ
dicit in corpore suo sup lignū portasse: q
ipsi⁹ penā quā in cruce tulit: ois pena tē
porālis q̄ pro pctō conuerso debet in baptismo pe
nitus relaxat: ut nulla a baptisato exigat & in peni
tentia minorat. Nō enī sufficeret illa pena qua pe
nitens ligat ecclesia nisi xpi pena cooperaret q̄ pro
nobis soluit. Vnde pctā iustoꝝ qui fuerūt ante ad
uentū in sustentatione dei fuisse vsq; ad xpi mortez
dicit Apls ad ostēsionē eius iustitie in hoc tpe. Ec
ce ex pte expositū est quō & quid xps p mortē nobis
meruit & impetrauit.

¶ Si solus xps debeat dici redemptor ut solus di
citur mediator.

Vnde ipe vere dicit mūdi redemptor & dei
hominūq; mediator. Sz mediator in scri
ptura dicit solus filius: redēptor vo aliq̄n
etiā pater uel spūssanctus. Sed hoc propter vsum
potestatis: nō ppter exhibitionē humilitatis & obe
dientie. Nā sm potestatis simul & obedientie vsum
filius proprie dicit redemptor: quia & in se exple
uit p q̄ iustificati sum⁹: & ipsaz iustificationē est ope
ratus: potētia deitatis cū pre & spū sancto. Est igit
redemptor inquātū est deus potestatis vsu: & inqn
tū homo humilitatis effectu. Et sepius dicit redē
ptor sm humilitatē: quia sm eam & in ea suscepit &
impleuit illa sacramenta que sunt causa redēptio
nis nostre. Proprie igit fili⁹ dicit redemptor.

¶ De mediatore.

Q Vi solus dicit mediator nō pater uel spūs
sanctus. De quo apls: vnus mediator dei
& hominū hō xps iesus. i. p hominē q̄si in
medio arbiter est ad cōponendā pacē. i. ad reconci
liandū hoies deo. Vic est arbiter quem iob deside
rat. vtinā eēt nobis arbiter. Recōciliati enī sumus
deo ut ait apls p mortē xpi. Quod nō sic intelligē
dū est quasi nos ei sic recōciliauerit xps ut incepe
rit amare quos oderat: sicut recōciliat inimic⁹ ini
mico: ut deinde sint amici q̄ ante se oderāt. sed iam
nos diligēti deo recōciliati sumus. Nō enī exquo
ei recōciliati sumus: p sanguinē filij nos cepit dili
gere: sed ante mundū priusq; nos aliquid essem⁹.
Quō igit diligēti nos deo sum⁹ recōciliati? Propt
pctm cū eo habebam⁹ inimicitias q̄ habebat erga
nos charitatē: etiā cū inimicitias exercebamus ad
uersus eū operādo iniqtatē. Ita ergo inimici era
mus deo sicut iustitie sunt inimica pctā. Et ideo re
missis peccatis tales inimicitie finiunt: & recōciliā
tur iusto q̄s ipse iustificat. xps ergo mediator dici
tur eo q̄ medi⁹ inter deū & hoies ipsos recōciliauit
deo. Reconciliat aūt dū offendicula hominū tollit
ab ocul deī. i. dū pctā delet quib⁹ deus offendebat.
Et nos inimici ei⁹ eram⁹: sz cū pctā deleat nō solū
fili⁹: sed pater & spūssanct⁹: quoꝝ dilectio est nostra
ad deū recōciliatio. quare solus filius dicit media
tor? Nā de patre legit q̄ recōciliauerit sibi mūdū.
Ait enī apls: Deus erat in xpo mundū sibi reconci
lians. Cū igit recōciliet: quare nō dicit mediator?
Quia nec medius est inter deū & hominē: nec in se
habuit illa sacramēta quoꝝ fide & imitatione iusti
ficamur. i. recōciliamur deo. Recōciliauit nos igit
tota trinitas virtutis vsu. s. dū pctā delet. sz fili⁹ sol⁹
impletione obedientie in quo patrata sunt sm hu
manam naturam ea per que credētes & imitantes
iustificantur.

¶ Scōm quā naturā sit mediator.

V Nde mediator dicit sm humanitatē: non
sm diuinitatē. Non est enī mediator inter
deum & deū quia vnus est: sed inter deum
& hominē quasi inter duo extrema. quia medi⁹ esse
non potest nisi inter aliqua. Mediator est igit in
quantū homo. Nam inquantū deus non media
tor sed eēlis patri est hocidez q̄d p̄ cū patre vnus
deus. Mediator ergo inter homines & deum trini
tatem: sm hominis naturam in qua suscepit illa

per que reconciliamur deo trinitati: z fm eandem habet aliquid simile deo: z aliquid simile homini/bus: quod mediatori congruebat ne per omnia si/milis hominibus longe esset a deo: aut per omnia deo similis longe esset ab hominibus: z ita media/tor non esset. verus igit mediator xps inter morta les peccatores z immortalē iustū apparuit. morta lis cū hominibus: iustus cū deo. p infirmitatē pro/pinquans nobis: per iustitiam deo. Recte igit me diator dictus est quia inter deum imortalē z homi nē mortalem deus homo reconcilians hominem deo. Intantū mediator inquantū est homo. Inq̄n tū autē verbū non est medius: quia vnus cū patre deus. Si ergo xps fm vos o heretici vnam tm̄ ha/bet naturā: vnde medius erit. Nisi ita sit medius ut de⁹ sit propter naturā diuinitatis: z hō propter humanitatis naturā: quomō in eo humana recon ciliant diuinis. Nam ipse veniens prius in se hu/mana sociauit diuinis per vtriusq̄ nature coniun ctionē in vna persona: Deinde omnes fideles per mortē reconciliauit deo: dū sanati sunt ab impieta te quicūq̄ humilitatē xpi credendo dilexerūt: z di ligēdo imitati sunt.

¶ Sūmatim intelligentie premissa perstringit.

Ecce hic aliquatenus insinuat quare chri/stus solus dicitur mediator dei z hominū et fm quam naturā mediet. s. humanam: z cui mediet. s. deo trinitati. Trinitati enim nos re conciliauit per mortem: per quam etiam nos rede mit a seruitute diaboli. Nam ut Petrus ait non corruptibilib⁹ auro vl argēto redēpti sum⁹: sz pcio so sanguine agni imaculati.

¶ Postq̄ determinauit magister de merito xpi fm q̄ or/dinat ad bonū osequendū sibi z nobis: Dic determinat de merito ipsius fm q̄ ordinat ad remotionez mali in nobis. ipse enī in se neq; subiectus est culpe neq; debitor est pene. Diuidit autē in duas partes. In prima ostendit quō p pas/sionē christi liberamur a malis. In secunda de causa passio nis christi. di. xx. Si vō queritur. Prima in duas. Primo ostendit quomodo per meritū passionis christi sumus libe rati a malo. Secūdo determinat de his que dicunt de xpo rōne huius liberationis ibi: Unde z ipse vere dicitur. Pri/ma in du. Primo ostendit quomodo per passionē xpi libe rati sumus a malo culpe: z a potestate instigantis ad culpaz s. demonis. Secūdo ostendit quomodo per dictam passio/nem sumus liberati a malo pene ibi: A pena redemit. Circa primū duo facit. Primo ponit intentū. Secundo exsequit propositū ibi: Sz quomodo a peccatis. Circa quod duo fa/cit. Primo prosequitur modū quomodo per christi passio nem z mortē liberati sumus a peccato. Secūdo quō libera/ti sumus a potestate diaboli ibi: A diabolo liberamur. Cir ca quod tria facit. Primo ostendit q̄ntū ad quid liberati su mus a potestate diaboli. Secūdo exponit modū liberatio/nis ibi: Unū Aug. cām z modū. Tertio q̄ hoc fieri non pote rat nisi per deū z hominē ibi: Factus est igit hō mortalis.

¶ Et a pena redemit. Hic ostendit quō sum⁹ liberati a pena p xpi passionē. Circa quod duo facit. Primo ostēdit a qua pena nos liberauit. Secūdo modū liberationis ibi: Pecca ta quoq; nostra ¶ Unū ipse vere mediator. Hic determinat de his que dicunt de xpo rōne dicte liberationis. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit quare dicat redemptor. Se/cūdo quare dicat mediator ibi: Qui solus dicit mediator. Circa quod tria facit. Primo ostendit rationē quare dicit mediator. Secundo ostendit q̄ ipse solus est mediator: nō pater vel spūssanct⁹ ibi: Sed cū peccata deleat. Tertio osten dit fm quā naturā ipse sit mediator ibi: Unū z mediator dī.

¶ Questio Prima.

Hic querunt quinq;. Primo vtrū per passionē xpi sumus liberati a peccato. Secūdo vtrū per ipsaz sumus liberati a potestate diaboli. Tertio vtrum per ipsum sumus liberati a pena. Quarto vtrū rōne illius liber rationis christus dicendus sit redemptor: Et quinto eadem ratione sit mediator.

Ad primū sic, pcedit. videt q̄ per passionē christi nō sumus liberati a peccato. Christus enī non est pas/sus fm diuinam naturā sed fm humanā. sed pecca ta delere solius est dei: vt patet Isa. xliij. quia ipsius soli⁹ est gratiam dare per quā delentur peccata: ergo per passiones christi peccata nostra deleri non potuerūt. ¶ P corporale nō potest agere in spirituale. sed passio christi fuit quodā corporale: ergo nō potuit agere in animas nostras ad delē/da peccata. ¶ P liberatio a peccato dicitur esse iustificatio sed hec attribuitur resurrectioni Roma. v. Resurrexit pro/pter iustificationē nostram. ergo liberatio a peccato nō de/bet attribui passioni sed resurrectioni. ¶ P sicut passio xpi excitat in nobis charitatē: ita z alia beneficia dei: quia ipse nobis temporalia z spiritualia bona tribuit. Similiter etiā sanctor exempla nos ad charitatē excitant: z tamen nō dici tur q̄ p omnia beneficia dei a peccato liberemur. ergo neq; debet dici q̄ per passionē liberemur a peccato quia nos ad charitatē excitat vt dicit magister. ¶ P sicut habem⁹ fidez de passione sic etiam habemus fidem de creatione mundi: z tamen nō dicit q̄ per bona creationis a peccato mundet mur q̄uis fides corda purificet: vt dicit Act. xv. ergo vide/tur q̄ nec etiā ista rōne dicendū sit q̄ p passionē a pctis libe rati sum⁹ vt dicit mgr. ¶ Sed 3. Apoc. v. Lauit nos a pctis nr̄is in sanguine suo. sanguine aūt in passione fudit: ergo p passionē a pctis nos liberauit. ¶ P signū rūdet signato. Sz ritus ve. legis fuit signū z figura xpi. cū igit in ve. le. nō fuer rit sine sanguinis effusione remissio: vt dicit Hebre. ix. nec pctor remissio fit nisi p sanguinis xpi effusionē. ¶ Ulte/rius videt q̄ nō oia pcta p xpi mortē deleta sunt. nullus enī damnat nisi pro pctō: sed multi post xpi passionē dānant: ergo nō quicqd culparū erat delenit. ¶ P quod semel dele tū est vlteri⁹ deleri nō pōt. Sz pcta precedentiū patrū deleta erant z q̄ntū ad actualialia p penitentiā z q̄ntū ad originā le p circūcisionē: ergo p passionē xpi nō oia pcta humana ge neris deleta sunt. ¶ P pctū nō pōt deleri antequ fiat qz tuc nunq; fieret. Sz multa pcta facta sunt post xpi passionē: ergo nō oia pcta delenit. ¶ P penitētia: z baptism⁹: z alia bona opa nobis indicunt ad pctor remissionē. hoc aūt nō esset si oia pcta p mortē xpi deleta eēnt: ergo videt q̄ non oia dele ta fuerunt. ¶ P eor q̄ sunt eqlia vnū nō destruit alterū. sed quantū bonū fuit passio xpi ex pte patiētis tantū malū fuit occisio ipsi⁹ ex pte occidētiū: qz occidebat de⁹ q̄ erat infinī tū bonū. ergo videt q̄ illud pctū p xpi mortē expiari nō po tuit. ¶ Sed otra. Col. ij. Uiuificauit nos cū illo donās no/bis oia delicta. Sz donare delicta ē remittē pcta: ergo p xpm oia pcta sunt dimissa. ¶ P passio xpi q̄ntū in se est eqlit se/z ad oia pcta delēda. si ergo aliq̄ pcta nō delenit nulla dele nit: qō ē absurdū. ¶ R⁹ dicēdū ad primā questionē q̄ de/lere pctū dr dupl̄r. Uno mō formaliter: sicut albedo dr delere re ingredinē p hō q̄ aduenit in subiecto: z sic gr̄a ē delē pctm Alio mō dicit effectiue: z hoc cōtingit tripliciter fm tria ge nera cause efficiētis. dicit enī causa efficiēs vno modo per/ficiēs effectū: et hoc est principale agens inducēs formā: et sic solus deus peccatū delet: quia ipse solus gratiā infundit Alio modo dicitur efficiens disponēs materiā ad recipien/dum formam: z sic dicitur peccatuz delere ille qui meretur peccati deletionē: qz ex merito efficit aliqs dign⁹ q̄li mate/ria dispositā ad recipiendū gratiā p quam peccata deleant.

boc autem contingit dupliciter vel sufficienter vel insuffi/
cienter. Sufficiēter quidē dispōsita est materia: quādo fit
necessitas ad formā: z similiter aliqs sufficiēter per meritū
dispōnit ad aliqd qñ illud efficit sibi debitū. z hoc est me/
ri gratiā vel peccati deletionē. Nō sibi qz anteq̄z gratiā ha/
beat nō est in statu merēdi vt patz ex dictis. Alijs nō: quia
actio vni⁹ nō pōt sufficiēter transire in alterū nisi inquantū
habet aliquā cōmunitatē cū illo qui pōt esse vel per cōmu/
nionē in natura vel per cōiunctionē affect⁹: sz p̄ma coniunctio
est essentialis. secūda aūt accidētalis. pri⁹ aūt homo nō pōt
in naturā: qz vt supra dictū est: est inferior q̄z natura. z ideo
nō pōt actio eius in aliū hominē trāsire sm q̄ cōiungit ei
in natura: sed solū quātū ad cōiunctionē affect⁹ que est con
iunctio accidētalis. z ꝓpter hoc nō potest alteri sufficienter
mereri: sz ex cōgruo. Solus aūt xp̄s alijs pōt sufficiēter me
reri: qz potest in naturā inquātū de⁹ est z charitas sua quo
dāmodo est infinita sicut z gratia vt supra dictū est. in hoc
aūt ꝓ tota natura meruit in quo debitum nature. s. mortis
que ꝓ peccato ei debebat exoluit ipse peccatū nō habēs
vt sic nō ꝓ se mortē soluere teneret: sed ꝓ natura solue/
ret. vnde satisfaciēdo ꝓ tota natura sufficiēter meruit pec/
catorū remissionē aliis qui peccata habebant. tertio modo
dicit agens instrumētale. z hoc mō sacramēta delēt pecca
ta: qz sunt instrumēta diuine misericordie saluantis ¶ Ad
primū ergo dicendū q̄ ea que hoīs erāt xp̄us supra hoiem
faciebat sm q̄ eius actio habebat virtutē ex diuino consor
tio vt supra dictū est. z ideo q̄uis passio eius esset sm q̄ ho
mo tamē per passionē pctā deleuit: sicut per contactum cor
porale lepr̄osum mūdauit. ¶ Ad secundū dicēdū q̄ q̄uis
passio esset in corpore: tñ erat in spiritu acceptāte passionez
z ideo per passionē meruit nostrorū spirituū emundationē
¶ Ad tertium dicendū q̄ xp̄us est vni⁹ nature nobiscū. vn
de ei⁹ actio in nos est aliquo mō vniuoca. i. similitudinem
habēs cū effectu: q̄uis aūt in iustificatiōe peccata deleant
tamē iustificatio nominat illā mutationē de culpa in gra/
tiam sm terminū ad quē: peccati aūt deletio sm terminū a
quo. Et ideo attribuit peccati deletio morti que vitā passi/
bilē vite peccatrici similē i pena a xp̄o ademit. Justificatio
aūt resurrectioni per quā nouā vitā in xp̄o inchoata est. et
hoc est qđ ap̄lus dicit Ro. v. q̄ resurrexit ꝓpter iustificatio
Ad quintū sic procedit. videt q̄ meritū nō consistat in charitate principaliter. gratia enim dicit esse principium meredi: sz charitas non est idē quo gratia ergo nō consistit meritū principaliter penes charitatem. ¶ p̄ actus est meritoriꝰ per ordinē ad finē sicut z laudabilis: sed cuiuslibet virtutis est facere actū laudabilem: ergo z facere actū metitoriū: z ita videt q̄ meritū nō consistat penes charitatem. ¶ p̄ nullꝰ meret nisi iustificatus: sz fidei est iustificare vt patz Ro. v. ergo apud ipsam p̄cipue est virtꝰ meritoria. ¶ p̄ illud q̄ facit ad diminutionē meriti nō videtur esse radix meredi: sed charitas facit diminutionē meriti: qz facit omnia facilia nō solum inquātū est habitꝰ: sed etiā inquantū est amor vt ex p̄dictis patz: cum ergo difficultas faciat ad meritū videt q̄ charitas nō sit radix merendi. ¶ p̄ si charitas esset radix meredi vbicūq; esset equalis charitas esset equale meritū: sz aliquādo alicui habēs paruā charitatem facit aliquē actū in quo magis meret q̄ ille qui habet magnā charitatē in aliquo paruo actu quē facit: ergo charitas nō est radix meredi. ¶ Sed cōtra illud videt esse radix merendi fine quo nullū meritū valet: sz charitas est huiusmodi vt patet p̄ma Chozin. xiij. ergo charitas est radix merendi. ¶ p̄ illud videt esse radix meredi q̄ opponit omni demerito: sed charitas est huiusmodi: ergo ipsa est radix meredi. ¶ p̄ ex hoc meremur q̄ deo cōiungimur: sed hoc facit charitas: ergo ipsa est radix meredi. ¶ Ad primū dicendū q̄ sicut supra dictū est meritū p̄prie dicit q̄ aliquis exhibet ad hoc q̄ faciat aliquid suū q̄ est premiū meriti. vnde ad meritū requirit duo p̄cipaliter vnū est q̄ sit exhibitum z non extortū: z quia nihil potest exhiberi nisi q̄ in potestate exhibētis est. ideo requirit q̄ sit voluntariū: quia voluntas facit nos esse dominos nostrorū actuum. Aliud requirit vt hoc quod exhibet sit sufficiens ad faciendū suum illud q̄ exhibet. Et ex vtraq; parte p̄cipalitas meredi est ex charitate. ipsa enim est in voluntate sicut in subiecto ipsam perficiens quantū ad primū actum eius z principalem. z iterum cum sit amor dei facit amatum ipsum q̄ est primū esse suum inquantū vnit ei. z ideo principalitas meriti est in charitate. in aliis aūt fm q̄ charitate informāt. ¶ Ad primū igit dicendū q̄ gratia facit meritū sicut principiū remotum constituens nos inesse spirituali fine quo nō possumus mereri aliquod spirituale: sed charitas est sicut principium proximū. ¶ Ad secundū dicendū q̄ fides nō iustificat nisi per charitatē sic formata. ideo autē specialiter fidei attribuitur iustificatio: quia primū in quo distinguitur iustus ab iniusto est actus fidei sicut primū in quo distinguitur viuum a nō viuo est actus nutritiue potentie. z ideo dicit vinere fm illam potentiaz z sentire fm tactum qui est primꝰ sensuum vt dicit. ij. de anima. ¶ Ad tertium dicendū q̄ actus aliarum virtutū nō sunt meritorij nisi inquantū sunt informati charitate sicut nec actꝰ virtutū sunt laudabiles nisi inquātū sunt voluntarij. ¶ Ad quartum dicendū q̄ difficultas nō facit ad meritū nisi forte dimissiones pene per modū cuiusdam cōmutationis: sed ad meritū quod ordinat ad consecutionez boni ad quod proprie ordinē habet non facit nisi fm q̄ exigitur maior conatus qui est fm maiorem inclinationem voluntatis in illud: z quia habitus z amor ex hoc faciunt facilitatem: quia faciunt maiorē inclinationem voluntatis. ideo talis facilitas non diminuit rationez meriti. ¶ Ad quintū dicendū q̄ habitus virtutū quātus inclinet voluntatē tamen nō cogunt. z ideo potest esse q̄ habitum maiorē habens quādoq; minorem intentionez inducit in actu: sicut etiam quādoq; nullā: z tunc actus ex maiori charitate procedens minus intensus est magis meritorius respectu premij accidentalis q̄ respicit ipsum actū: sed minꝰ respectu premij essentialis q̄ respicit capacitatē que est ex habitu charitatis. An vnus z idem motus hoc est impossibile nisi vnus propter alterū diligatur z actuali consideratione referatur in illud. Erga amicū feruentior. hoc est intelligendum respectu ipsius obiecti: sed respectu finis ille qui habet maiorē conatum inquantū huius est feruentior. Cū dicitur in oratiōe dimitte nobis ꝛc. videtur fm hoc q̄ quis cunq; seruat rancorem peccat dicendo hanc orationem. Et dicendum q̄ nō peccat: quia non dicit eam in persona sua: sed in persona ecclesie: vel si in persona sua non quantuz ad id q̄ agit: sed quantum ad id aliud q̄ optat peruenire.

DISTINCTIO .XXXI.

¶ Si charitas semel habita ammittatur.

Aliud quoq; non est pretereundum q̄ quidā asserunt charitatem semel habitā ab aliquo nō posse excidere: nullūq; damnā dū hāc aliquādo habere. Qui hanc traditionē subditis mu niunt testimonijs. Apostolꝰ ait Charitas nunq; excidet. Augꝰ. etiam inquit Charitas que deseri potest nunq; vera fuit. Ité Charitas est fons pprius z singularis bonorum: cui nō cōmunicat alienus. Alieni sunt omnes qui audituri sunt. nō noui vos. De hoc fonte scriptura ait: Fons aque viue sit tibi proprius: z nemo alienus cōmunicet tibi. Si autem alieni sunt qui audituri

sunt illam vocez: non ergo huic fonti cōmunicant damnādi. Item Augustin⁹ super epistolā Joānis Radicata ē charitas: securꝰ esto: nihil mali ꝓcedere pōt. Itē Grego. in moralibꝰ. valida est ut mors dilectio. virtuti enī mortis dilectio cōparat: qz nimirū mētē quā semel cepit a dilectiōe mūdi fūdit⁹ occidit Itē aug. sup epīam Joānis. Unctio inuisibilis charitas est: q̄ in quocūqz fuerit radix illi erit que ardēte sole arescere nō pōt. nutrit calore solis: nō arescit. Itē Beda sup Joānē. Querēdū ē quō spāle filij dei agnoscendi signū fuerit q̄ sup eū descenderit: et māserit spūs. Quid maius est filio dei q̄ in ipso manere spūs astruatur. Notandūqz qui semper in dño māserit spūs. in sanctis vero q̄diu mortale corꝰ gestāt partim semp maneat: partim rediturus se cedat. Manet enī apud eos ut bonis infirmis curādi mortuos suscitādi: demones eijcendi: uel etiā ꝓphetādi habeant facultatē. Manet ergo semp ut possint habere vtutes: et mirabiliter ipsi viuant. Venit ad tempꝰ ut etiā alijs per miraculoz signa quales sint intus effulgeāt Itē Greg. In sanctorū cordibꝰ ꝑm quasdā virtutes semper permanet spūs: ꝑm quasdā recessurus venit et venturus recedit In his virtutibꝰ sine quibꝰ ad vitam nō peruenit in electorū suorū cordibꝰ pmanet. In his vero per quas sanctitatis virtꝰ ostēdit. ut in exhibitione miraculorū: aliqñ adest aliquādo se subtrahit. Itē ambro. ficta charitas est que in aduersitate deserit. Hoc innuere videt q̄ charitas semel habita nō amittat. Ideo q̄dā in ptaxatā ꝓsilierūt audaciā dicētes: charitatē a dānandis nō haberi: nec a quoquā habitā posse amitti. quos rō vincit et auctoritas. Quidā enī ad tēpꝰ sunt boni: q̄ postea fiunt mali: et ecōuerso. Unde quorūdā noīa xp̄s dicit scripta in libro vite: qui tñ postea abierūt retro. Sed scripta dicit nō ꝑm p̄scientiā: sz ꝑm presentez iusticiā cui deseruiebāt: qz digni tūc illo bono erāt: qō habituri sunt p̄scripti ꝑm p̄scientiā. vnde Ambro. Quibusdā gratia data ē in vsuz: ut salui iudē et illis discipulis quibꝰ dns dixit: Ecce noīa vestra scripta sūt in celis. et postea abierūt retro. Sed hoc dixit ꝓpter iusticiā cui deseruiebāt: qz boni erant: Frequēter enī ante sunt mali qui futuri sūt boni. et aliquotiēs prius sunt boni q̄ futuri sūt et pmāsuri mali. Scōm qō dicūt scribi in libro vite uel deleri.

¶ Determinatio auctoritatum predictarum.

Quod vero apostolus ait: charitas nūqz excidit: nullatenꝰ ꝓ illis facit. Dignitatē enī charitatis ostendēs dicit eā non excidere: qz hic et in futuro erit. Sed fides et spes euacuabūtur et sciētia. Itē q̄ dicit charitas nūqz fuisse vera que deseri pōt: nō ad essentiā charitatis refert: sz ad efficiētiā: qz nō efficit. charitas q̄ deserit hoiez vere beatū. nec pducit ad verū bonū. Huic etiam fonti alieni id est dānādi nō cōicant. s. in fine: qz nō perse pfecta intelligūt quā soli perfecti habēt: que semel habita non amittit. Exordia vero charitatis aliqñ crescūt: aliqñ deficiūt. Sūt enī virtutis exordia et pfectꝰ et perfectio: quos gradus ille discernit: qui parabolā illā intelligit. Sic est regnū dei quemadmodū si iacet homo in terra semen: et dormiat: et exurgat semē: et germinet: et crescat etc. Et si ergo pfecta charitas sic radicata ē ut amitti nequeat: incipiēs tamē et ꝓfecta amitti pōt: et sepe amittit. et dum habet nō sinit habentē criminaliter peccare. Quod Augꝰ ostēdit ita inquiēs. Quia radix oīuz malorū cupiditas ē: et radix oīuz bonorū est charitas simul ambe esse nō possunt. Nisi vna radicitꝰ euulsa fuerit: alia plantari nō pōt. Sine causa aliqs conat ramos incidere: si radicem non contendit euellere.

¶ Quare fides spes et scientia dicunt euacuari et non charitas: cum et ea ex parte sit.

Aduertendū etiam est quomō fides spes et scientia dicant euacuari: quia ex parte sūt et non charitas: cum et ipsa ex parte sit. Ex parte enim id est imperfecte diligimꝰ sicut ex parte scimus: ut ait Esitius super leuiticū. Cum ergo omne quod ex parte est euacuetur: cur charitas excipitur: que dicit nunqz excidere. Charitas quidē ex parte est etiam: ut sepe sancti docent: qz ex parte diligimus nunc: et ideo ipsa euacuabit inquantum ex parte est: quia tolletur imperfectio: et addetur perfectio remanebitqz ipsa aucta: et actus eius et modus diligendi. ut diligas deum ꝓpter se ex toto corde: et ꝓximū tuum sicut teipsum. Sed im perfectionis modus climinabit. fides vero et spes penitus euacuabunt. Scientia vero scōm actum et modū suum: qui nunc est: non scōm sui essentiā tolletur. Ipsa enim virtus scientie remanebit: sed alium tenebit vsum et modum.

¶ Si christus ordinem charitatis prescriptuz habuit.

Nunc autem supereſt inuestigare: si christus scōm q̄ homo: ordinez diligendi prescriptum seruauerit Quod si est omnē hominem sicut seipsum dilexit. Omnibꝰ ergo vitam optauit. omnesqz saluos fieri voluit. Sed nō omnes salui sunt: et ita non est factum quod optauit. Sed nō est ignorandū in eo fuisse charitatē iuxta modum patrie non vie. eumqz ordinem diligendi implesse: qui seruat in patria: non in via. Qui enim in patria sunt id est iaz beatificati sunt adeo iusticie dei addicti sunt: ut nihil eis placeat nisi qō deo placet. Ac per hoc illorum tñ salutem volunt quos deus saluari voluit: eosqz solos sicut se diligunt. Ita et christus electos tñ sicut se dilexit: eorumqz salutem optauit.

¶ Postqz determinauit magister de charitate hic determinat de eiꝰ duratione. Diuidit enī in partes duas. In prima parte determinat de duratiōe charitatis quātū ad suaz essentiā. in secunda de duratione eius quantū ad ordinem eius ostendens qualis in christo fuerit et in beatis futurus sit ibi: Nūc autem supereſt inuestigare cetera. Prima in duas. in prima determinat de duratione charitatis. in secūda de duratione aliorū habituum ibi: Aduertendū est cē.

circa primum tria facit. primo ponit opinionē falsam quorūdā qui dixerūt charitatē nō posse amitti & rōnes opinionis illi⁹. Secūdo obijcit in cōtrariū ibi: Quos ratio vincit tertio soluit rōnes in contrariū inductas ibi: q̄ vero aplus ait &c. Hic est duplex questio pma de euacuatiōe charitat⁹ per peccatum. secunda de euacuatione eius per gloriam.

Questio prima.

QIrca primū querūt quatuor. Primo vtrum charitas semel habita possit amitti. scdo vtrū aliqs possit de libro vite deleri. tertio vtrū minima charitas possit cuilibet tentationi resistere. quarto de quātitate charitatis in resurgente.

AD pmū sic procedit. videt q̄ habēs charitatē non possit eā amittere. oīs enim qui habet charitatē est natus ex deo: q̄ charitas facit filios dei: ꝛ oīs qui nat⁹ est ex deo nō peccat vt dicit. j. Joh. iij. ergo omnis qui habet charitatē nō peccat: ita charitas semel habita nō pōt amitti. ¶ P in quolibet habēte charitatē est meritum vite eterne: q̄ charitas est pncipiū merendi vt dictum est: ꝛ iniuste agit cum aliquo si nō reddat ei qđ meruit: q̄ hoc est ei debitū: ergo cuilibet habēti aliquādo charitatē dabit⁹ vita eterna: ꝛ nulli dabit⁹ vita eterna nisi finaliter habeat charitatē: ergo quicūq; habet charitatē finaliter habebit eam: et ita nō pōt ad minus finaliter amitti vt videt. ¶ P illud qđ est fortissimū nō pōt vinci a debilissimo: ꝛ charitas est fortissima: q̄ est fortis vt mors vt dicit Cant. vlti. peccatum aūt est debilissimū: q̄ malū est infirmū & pigrū vt dic⁹ Dio. iiij. ca. de di. no. ergo charitas nō pōt per peccatū expelli: ꝛ nullo alio mō pōt amitti: ergo charitas semel habita amitti nō potest. ¶ P radix oīs mali est cupiditas. pma Thi. vj. ꝛ charitas nō compatit⁹ secū cupiditatē ad minus perfecta vt dicit Aug⁹ in libro. lxxxiij. qstionū: ergo qui habet charitatē nō pōt incidere in aliqđ malū: & ita nō pōt eam amittere. ¶ P si peccatū expellit charitatē aut peccatū qđ est aut peccatū qđ nō est. Sed nō peccatū qđ est: q̄ illud charitatē nō supat: nec illud qđ nō est: q̄ illud qđ nō ē nō pōt agere ergo pctm̄ nullo mō expellit charitatē. ¶ P illud qđ est in minori parte magis distat ab eo qđ est in plurib⁹ quam ab eo qđ est ad vtrūlibet: ꝛ ex eo q̄ est ad vtrūlibet nō pōt aliquid ꝓcedere vt dicit Cōmē. in. ij. phi. ergo multo minus ab eo qđ est in minori parte: ꝛ charitas q̄uis nō faciat necessitatē ad bonū vt semp fiat. facit tñ inclinationem vt pluries fiat: ergo nō pōt ille q̄ habet charitatē facere maluz ad qđ nō se habet sicut in minori parte: & ita nō pōt peccare vl charitatē amittere. ¶ P amor charitatis ē fortior q̄ amor naturalis: ꝛ amor nālis nō amittit⁹ per pctm̄: ergo nec amor charitatis. ¶ P charitas est maior fide & vtrūq; est donum dei: cū ergo fides nō tollat⁹ per pctm̄ mortale videtur q̄ nec charitas. ¶ Sed cōtra Apoc. ij. habeo aduersum te pauca: q̄ charitatē pmā reliquisti: ergo charitas pōt amitti. ¶ P in eo q̄ cadere nō pōt nō est necessaria cautela: ꝛ stanti per charitatē necessaria ē cautela. ij. Ethic. ix. qui stat videat ne cadat: ergo charitas pōt amitti. ¶ P quid charitatem pri⁹habuit alias nō sibi reddēdā leticiā salutarē peteret: et tñ peccauit et charitatem amisit quā sibi restitui petit: ergo charitas semel habita pōt amitti. ¶ P quicūq; nō pōt peccare habet liberū arbitriū cōfirmatū: ꝛ nō oīs qui habz charitatē habet liberū arbitriū cōfirmatū: ergo aliquis habēs charitatē pōt peccare: & ita charitatē amittere. ¶ R⁹ dicēdū q̄ opinio ponentiū charitatē nō posse amitti ꝓpter suā firmitatem est filis opinioni socratis qui posuit q̄ habens scientiā nō pōt peccare ꝓpter nobilitatē & certitudinē scientie vt dicit phūs in. viij. ethi. & ideo vtriusq; est similis & probatio & improbatio & pbatiōis solutio. vtraq; enim potissime per experiētiā improbat⁹. probat⁹ aūt per firmitatē scientie & charitatis. soluit aūt phūs predictā pbationē de sciētia per hoc q̄ sciētia pncipaliter in vniuersali cōsistit. operationes aūt circa singularia sunt. & ideo cōcupiscētia que in particulare bonū tēdit nisi reprimat⁹ deductionē sciētie vniversalis ad particulare impedit cōsiderationē scientie in particulari operabili absorbēs & rōnē: ita vt q̄uis incōtinens in feruore cōcupiscētie cōstitut⁹ vniuersale recte cōsideret & nontamē habitu teneat vt q̄ omnis fornicatio fugiēda ē tamē quādo ad hoc particulare descendit⁹ per cōcupiscentiā habitu rōnis recte ligato in actū recte cōsiderationis circa particulare homo prodire nō pōt. Similiter etiā charitas pncipaliter est circa bonū eternū. vnde facit vniuersalē cōceptionē haberi: q̄ nihil contra deū faciendū est: ꝛ quādo ad particulare descendit⁹ tentatio aliqua inclinationē predictam charitatis absorbet vt dictū est de scientia: sed q̄ charitas vehemētius diligit deum q̄ aliqua cōcupiscētia diligat aliqđ cōmutabile bonū si aliquis affectū quē habet ad deum ad opus particulare extēderet vt ad regulā operis nunq̄ incideret in pctm̄: sed q̄ in potestate nostra ē vti charitat⁹ actu vel nō vti cū charitas voluntatē nō cogat. ideo affectio cōmutabilis boni ꝓualet & inducit pctm̄. & ꝓpter hoc pater q̄ omne peccatum est ex erroze & ex cōceptu negligētie. vnde Boeti⁹ dicit. Talia tibi contuleramus arma que nisi prius abiecisses intuicta te firmitate tuerent. Sic ergo homo in peccatū lapsus charitatē amittit: q̄ per peccatū a deo ditur cum sibi aliū finem cōstituat cū nō possint duo esse fines vltimi. vnde cū charitas habeat causam cōiunctam ad deū statim amittit⁹ vnico actu & hoc inuenit⁹ in omnib⁹ accidentib⁹ que habēt causam extra subiectū: q̄ nihil pōt permanere seperatū a sua causa essentiali: sicut patz de lumine secus autē est de habitib⁹ qui habēt causam in subiecto: q̄ illi totaliter nō destruūt⁹ per vnū actū peccati. ¶ Ad pmū ergo dicendū q̄ hoc intelligendum est si velit vti gratia per quā fili⁹ dei est. per eā enī pōt pctō resistere. ¶ Ad secundū dicēdū q̄ quidā dixerūt q̄ charitas nūq̄ meret⁹ nisi finalis ꝛ hꝰ fals⁹ ē: q̄ charitas finalis nō pōt dici nisi q̄ ē in vltimo termino vite: & tūc forte hō nihil meret⁹ ꝛ dormit. vñ dicendū q̄ quolibet actu charitat⁹ meret⁹ vitā eternā & efficit eaz sibi debitā: ꝛ q̄ñ peccat iā efficit⁹ quodāmō alio⁹ vt phūs dic⁹ in. ix. Ethi. q̄ trāsmutat⁹ ab eo qđ erat sibi cōueniēs fm naturā in id qđ est ꝓter naturā. & ideo nō oportet q̄ ei reddat⁹ sicut etiā id qđ est debitū reddi sano non redditur furioso. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ nō est ex defectu charitatis q̄ a peccato vincat: ꝛ ex defectu habētis charitatē: q̄ charitate nō vtitur vt dictū est. ¶ Adquartū dicēdū q̄ cupiditas q̄uis nō sit in actu in eo qui habet charitatē tamē est in radice et potest charitatē impedire ne in actū ꝓrumpat. & quādo nō impedit⁹ tunc germinat & charitatē expellit. ¶ Ad quintū dicēdū q̄ in eodē instanti in quo pctm̄ aduenit charitas expellit⁹: & sicut illud est primū instās in quo pctm̄ esse incipit ita illud est pmū in quo charitas nō esse incipit sicut patz in naturalib⁹ de duab⁹ fozmis cōtrarijs. ¶ Ad sextū dicendū q̄ illud qđ est ad vtrumlibet inquātū ex alia causa intrinseca mouet⁹ sic determinat⁹ ad alterū: & sic ab eo qđ est in patiendo. vnde q̄ñ nō est determinatū totaliter ab aliquo vno pōt etiā determinari ad oppositū: & sic ab eo qđ est in paucioz⁹ respectu ipsi⁹ iam determinati per pmū pōt contrariū accidere vt in paucioz⁹ ꝓpter aliqđ aliud determinās qđ contrariū illi determinanti vt in plurib⁹: & sic est in proposito: quia sicut charitas quantū est in se vt in pluribus inclinat ad bonum: ita affectio sensibilis inclinat⁹ ad delectabile sensui & ab hoc sicut ex quodam habitu inclinat⁹ voluntas ad peccatū. ¶ Ad septimū dicendū q̄ amor naturalis est fm voluntatē totaliter determinatā ad vnū. non autem sic est de amore charitat⁹ nisi in illis qui iam cōfirmati sūt. ¶ Ad octauū dicendū q̄ per peccatū nō totaliter seperat⁹ hō a deo: q̄ sic esse desineret: ꝛ q̄uis ad vltimā & perfectā cōiunctionē quā facit charitas. & ideo non oportet q̄ fides per peccatū tollat⁹ sicut charitas sicut per interpositionē nubis aer radios solis amittit: non tñ oīmodā claritatē sicut q̄ est ex reuerberatiōe q̄lis etiā apparet vbi non sunt radij solis.

Ad secūdū sic procedit. videtur q liber vite sit quid creatum. Ecc. xxiiij. hec oīa liber vite Glo. hic liber est ver⁹ z nouū testamētū. hoc aūt est quid creatū: ergo z liber vite. ¶ Ꝑ Apoc. xxj. alius liber est apert⁹ q̄ est vite glo. xp̄s qui tūc apparebit omnib⁹ patēs: sz nō appare bit oīb⁹ nisi fm humanā naturā: cū ergo humana natura in xp̄o causata sit videt q liber vite sit quid creatū. ¶ Ꝑ liber inquātū in eo scriptura fit est receptiu⁹ extranee impssiōis sz res increata nō suscipit peregrinā impssionē: ergo nō est quid increatū: sz creatū. Item videt q sit ꝓpriū filij: q2 psal. nostrū: sz illud in dūitate cui⁹ caput est pater est fili⁹: ergo liber vite est filij. Item videt q spūssanct⁹: q2 spiritusan in capite libri scriptuz est de me glo. In patre qui est caput cto attribuit vinificatio: z in simbolo z Joh. vj. spūs ē qui vinificat: ergo cū liber vite ordinet ad vitam cōueniet spiri tuisancto vel ꝓprie vel per appropriationē. ¶ Sz cōtra au gu. xxj. de ciui. dei. Liber vite est p̄sciētia dei que falli non pōt: sz p̄sciētia est quid increatū essentiale z appropriabi le filio: ergo z liber vite. ¶ Ulterius videt q liber vite sit in respectu dei psal. deleant de libro viuentiū glo. liber vi uentiū est dei noticia: sz de⁹ de se habet maxime noticiam: ergo liber vite est respectu dei. ¶ Ꝑ ipsa est fons vite cuiul liber. Si ergo erat aliozū que habēt vitā participative mul to ampli⁹ est suiipsius qui habet vitā originaliter Itē vide tur q sit oīuz creaturarū: q2 p̄sciētia est omnū: sz liber vi te est dīna p̄scientia vt supra dictum est: ergo erit omniū. ¶ Ꝑ Joh. j. q factū est in ipso vita erat: sz oēs creatura est facta: ergo omnis creatura in libro vite scribit. Item videt q fit etiam de malis. Luce. x. super illud. Noīa vestra scri pta sunt in celis dicit glosa siue celestia siue terrestria opera gesserit. quis per hoc quasi litteris annotatus apud dei me moziū: ergo cū nihil aliud sit liber vite q̄ reseruatio dīne me mozie videt q liber vite sit etiā malozū. Item liber vite oz dinat ad vitā: sz vita nature est cōis bonis z malis. vita aūt gratie cōis p̄scitis z p̄destinatis: ergo liber vite est malo rū z bonozū z p̄destinatozū z p̄scitozū. ¶ Sed contra illud dicit esse scriptū in deo q̄ō habet exēplar in ipso: sz mala in quātū hujusmodi nō habēt exēplar in ipso: ergo nō sūt ibi scripta. ¶ Ulteri⁹ videt q nihil q̄ō sit ibi scriptuz debeat dici inde deleri: q2 liber vite est dīna predestinatio vt dicit glo. Philip. iiij. Sed a p̄destinatione nō dicit aliquis exci dere: ergo nec a libro vite deleri. ¶ Ꝑ liber in quo pōt ali quid describi z deleri est mutabilis: sed liber vite est īmuta tabilis: q2 est q̄d increatū: ergo nō pōt aliquis inde deleri. ¶ Illud quid est fm opinionē tātū cū sit fm quid nō de bet enūciari simpliciter: sz glo. super illud psal. Deleant de libro viuentiū dicit hoc accipiendum foze tantū fm spem il loz⁹ qui se esse scriptos putabāt: ergo videt q nō debeat di ci aliquē inde deleri. ¶ Sed cōtra Exo. xxxij. qui peccaue rit mihi delebo eū de libro meo: sz multi peccāt: ergo multi delent. ¶ Ꝑ null⁹ simul est script⁹ in libro vite z dānat⁹: sz multi qui ꝓ⁹ fuerūt scripti in libro vite postea dānāt: sicut patz de discipulis xp̄i quib⁹ dictū est Luce. x. gaudete: quia noīa vestra scripta sunt in libro vite. ex quib⁹ tñ multi abie rūt retrozsum vt dicit Joh. xj. ergo aliqui q̄ ꝓ⁹ fuerūt ibi scripti delent. ¶ Ad⁹ dicendū ad primā questionē q liber vite de quo nūc loquimur methaphozice dicit Unde opoz tet q ei⁹ significatio accipiat fm similitudinē libri materia lis de cui⁹ratione videt esse q cōtineat figuras aliquas q̄sti similitudines aliquas illozū qui per librū illū cognoscunt. vnde z liber vite dicit: q2 cōtinet similitudines q̄b⁹ ꝑ ꝺ co gnosci vita. nō est aūt sufficiēter liber vite quasi perfectā co gnitionē de vita faciēs nisi contineat similitudines de vita cuiuslibet in particulari: q2 cognitio in vniuersali est imp fecta z in potētia: sz habere hoc modo similitudines oīum habentiū vitā determinate nō est nisi dīne mentis in q̄ sunt exēplaria rerū omniū ꝓpria: z ideo liber vite nō est q̄d crea tum: sed est dīna noticia de vita nō solū in vniuersali: sed in particulari quātū ad oēs in quib⁹ inuenit vita: z q2 noticia est essentiale z appropriatuz filio: ideo liber vite essentiale quidē est in dīnis z filio appropriat. ¶ Ad primū ergo di cendū q vetus z nouū testimentū dicit liber vite quasi fa ciens cognitionē de vita vniuersali z docens p̄cepta quib⁹ peruenit ad vitā: nō tamen facit noticiā de vita vniuscuiusq; z ideo aliquo mō potest dici liber vite: sz nō fm comple tam rōnē. ¶ Ad secūdū dicēdū q xp̄us fm humanā natu rā dicit liber vite quasi exemplar vniuersale vite: sz nō qua si filitudo ꝓticulariter faciēs cognoscere vitā vniuscuiusq; ¶ Ad tertiū dicēdū q filitudines vel figure isti⁹ libri non sunt aliq̄d additū essentie eius: q2 rōnes exēplares vt in pri mo dictū est: sunt ipsa dīna essentia. z ideo nō oportz q reci cipiat perigrinas impssiones. ¶ Ad quartum dicēdū q pa ter dicit caput libri id est filij fm q liber appropriat filio. ¶ Ad quintū dicēdū q q̄tuis vita appropriet spiritusan cto tamē noticia de vita appropriat filio. ¶ Ad secundam questionē dicendū q liber vite dicit noticia dei: q2 autem liber ꝓprie est illozū quoz noticiā facit per figuras z simili tudines existētes i libro. ꝛō illoz solū noticia dici pōt liber que cognoscit de⁹ per filitudinē. mala aūt nō cognoscit de⁹ per filitudines existētes maloz in se: sz cognoscūt ꝑ moduz ꝑuationis. similiter etiā de⁹ seipsuz nō cognoscit per simili tudinē suiipsi⁹: sz per hoc q sibi fm essentiā suaz p̄sens est. vnde neq; noticia quā habet de seipso: neq; noticia quā ha bet de malis pōt dici liber vite nisi de malis pene inquātuz sunt justa z bona fm q dicit liber mortis. vita aūt inter bo na cōputat. vnde oportz q liber vite intelligat respectu vi te q̄ in creaturis inuenit. z q̄tuis de⁹ habeat noticiā de vita nature z gratie z glozie. vnde respectu cuiuslibet dictarum vitarū posset dici dei noticia liber vite tñ pfecta rō vite nō inuenit nisi in vita glozie que pmixtionē mozis non patit z ideo liber vite fm ꝓpriam sui acceptionē est noticia dei quā habet de vita glozie vniuscuiusq; sic ergo differt liber vite a sciētia dei q̄ est de tpalib⁹ z eternis z a p̄sciētia que ē de bonis z malis. z etiā a p̄destinatiōe: q2 p̄destinatio ꝓ pzie de futuris est z ꝓuidētia z directionē in finē importat cū sit ꝓpositū miserēdi: sz liber vite simplicē noticiā de vita importat z nō determinat aliq̄ō temp⁹. vnde z scripti in li bro vite dicunt z qui vitam habent z qui habituri sunt. Et per hoc patet solutio ad oīa obiecta. ¶ Ad tertiā questio nem dicendū q liber vite vt dictū est. est noticia dei de vita glozie alicuius homnis. res autem aliqua dupliciter habet esse scilicet in se z in sua causa. in se quidē est simpliciter In causa autē sua habet esse fm quid. causa autē glozie est gra tia sufficiens quantuz in se est. vnde qui habet gratiam ha bet iam vitam glozie fm quid: cognitio ergo de vita glozie alicuius habet a deo dupliciter. vno modo inquantuz de⁹ scit ipsam vitam glozie in isto esse: vel futuram esse simpli citer: z tunc talis dicit esse scriptus in libro vite simpliciter vel ascriptus: vt quidā dicunt ad similitudinē illozum qui ascribunt ad miliciam vel ad aliquod officiū. Alio modo inquantū deus scit vitam glozie ineſſe isti vel futuram esse in eo in causa sua que est gratia. z talis dicit fm quid scri ptus in libro vite vel annotatus. vt quidam dicunt: quia er go non potest esse vt scientia dei fallatur. ideo quēcūq; scit habiturū vitam eternā habebit eam. vnde iste qui simplici ter scriptus est vel ascriptus in libro vite nō potest inde de leri: se quia gratia que est causa glozie in eo qui habet pre sentem iusticiā quando ipse a iusticia per peccatuz decidit definit esse glozie causa in eo. ideo noticia dei de gra istius nō est vt de causa glozie. vnde iam ista cognitio gratie isti⁹ quā deus habet non pertinet ad librum vite glozie z sc̄dm hoc dicitur deleri de libro vite nō aliqua mutatione in li bro facta: sed in ipso ex parte cuius accidit q gratia non est iam causa glozie. z dicit de⁹ aliquē de libro vite delere in quantum permittit eum a iusticia excidere per peccatum.

Ad primū ergo dicendū q̄ predestinatio importat directionē in finē q̄ nō importat liber vite vt dictuz est. z ideo nō pōt dici p̄destinat⁹ ille qui habet presentem iusticiā nō potest aūt aliquo mō dici script⁹ in libro vite vt dictum est. Ad secūdū patet solutio per id q̄ supra dictū est. Ad tertiuz dicendum q̄ glosa illa loquit̄ de scriptura qua aliquis scriptus est in libro vite simpliciter.

Ad tertiū sic procedit̄. videt̄ q̄ nō quelibet charitas possit resistere cuilibet tentationi. sicut enim charitas obsistit peccato: ita z ratio vt supra dictuz est: ſz nō quelibet ratio pōt tentationi resistere: sicut patz in incōtinentib⁹ q̄ habēt rationē rectā z vincunt̄ vt dicit phs: ergo nō quelibet charitas pōt tentationi cuilibet resistere. ℂ P maior est difficultas in resistendo malo q̄m in operando bonum simpliciter: sed charitas minima nō pōt in quodlibet bonū: ergo nec pōt cuilibet tentationi resistere. ℂ P in resistendo maxime tentationi est maximū meritū cū sit ibi maxima pugna que coronā merek: ſz minima charitas nō pōt in maximū premium: ergo nec resistere maxime tentationi ℂ P charitas imperfecta nō resistit venialib⁹: sed maior ē ipugnatio mortaliū q̄m venialiū: g̃ nō resistit maxīe tētatiōi. ℂ P ṕma Chozin. x. fidelis de⁹ qui nō patiet̄ vos tētari supra id q̄ potestis: ſz illi quib⁹ scribebat habebant gratiam sicut patz in ṕncipio epl̄e: ergo aliqua tentatio est supra posse habentis gratiā vel charitatē. ℂ Sed cōtra nō pōt euitari omne peccatū nisi oī tentationi resistat̄: ſz minima charitas pōt vitare omne peccatū. cū etiā homo in puris naturalib⁹ existens hoc potuisset: ergo charitas quelibet pōt oēm tentationē vincere. ℂ P plus dilīgit charitas legem dei q̄m cupiditas milia auri z argēti vt dicit glosa super psal. ſz maior dilectio minori tentationi resistere pōt: ergo q̄libet charitas resistere pōt cuilibet tentationi. ℂ P nullus peccat in eo q̄ nō pōt vitari vt Aug⁹ dicit: si ergo habens charitatē nō possit cuilibet tentationi resistere videt̄ q̄ tentationi cōsentiens nō peccaret. ℂ R° dicēdū q̄ resistere tentatiōi dupliciter dicit̄. vno modo vt quis a tentatione nō vincatur. Alio modo vt quis tētationē vincat. dicit̄ enī aliquis a tentatione vinci: quādo a ꝓposito bono trahit̄ p tentationē in cōsensum peccati: sicut est in incōtinente qui habet rōnem rectā: sed deducit̄. Qui enī nō habet ꝓpositū bonū vt intēperat⁹ siue luxurios⁹ non vincit̄: q̄z libenter id agit. vincit aūt qui nō solū a tentatione superuenīēte in actū peccati nō deducit̄: sed etiā ex magnitudine virtutis quasi nihil tentationē parupendit. qui vero difficultatē a tentatione patit̄ sed nō deducit̄ resistit. quidē tentationi cū nō consentit: sed nō vincit ꝓprie loquēdo. Loquēdo ergo ṕmo modo de resistētia peccati: sic quelibet charitas pōt resistere peccato ꝓpter li. ar. liberatū a seruitute peccati: cuius difficultatē patiatur ꝓpter tentationis impulsum. Loquēdo vero de tētatione. secūdo modo sic charitas que est parua in ṕncipio tētationis potest tentationib⁹ resistere: quia in fine tentationis fit magna cū deus pugnāti auxiliū semp̄ administret. si tamē ponat̄ q̄ semp̄ parua maneret nō posset per modum dictum tentationi resistere. ℂ Ad ṕmū ergo dicēdū q̄ nō est simile de incōtinente z habente charitatē: quia habens charitatē habet iam habitū virtutis quē nō habet incontinens. Et ꝓterea incōtinens etiā nō vincit̄ quādo nō posset resistere si vellet rōne recta quā habet vti vt supra dictū est. ℂ Ad secundū dicēdū q̄ quāuis sit maior difficultas laboris: nō tamē est maior difficultas que attendit̄ fm excessuz operis ad potentiā que attendit̄ in virtutib⁹ vt dictum est vel potest dici q̄ etiam minima charitas pōt in magnū meritum respectu premij accidētalis. non aūt respectu premij substantialis vt supra dictū est. ℂ Ad quartum dicendū q̄ venialib⁹ etiam resistere posset si aliquis charitate contra venialiū tentationē vteret̄ nō vt vitaret omnia: ſz quia pōt singula vitare. ℂ Ad quintū dicendū q̄ apostol⁹ loquitur quātū ad id q̄ homo pōt sustinere sine animi perturbatione q̄ nō potest nisi charitas perfecta vt in magnis tribulationibus equanimitatē seruet.

Ad quartū sic procedit̄. videt̄ q̄ homo semp̄ in mirnozi charitate resurgat Amos. v. vgo israel cecidit z̄c. glosa nō negat vt resurgat: ſz vt resurgere virgo possit: q̄z semel ab errās z si repozet̄ humeris pastozis nō babet tantā gloriā quantā qui nūq̄ aberrauit: ſz gloria cōmensurat̄ charitati: ergo homo post peccatū nō habet tātā charitatē resurgens quantā ṕmo ℂ P ezech. xliij. lenite q̄ recesserunt a me nūq̄ appzopin quabūt mihi vt sacerdotio fungant̄: sed aliquis quantū ad spūale sacerdotiū appzopinquat in deo per charitatē: ergo nō habet tantā charitatem qui aliquādo recessit a deo per peccatū quantū ante. ℂ P charitas incipiēs nunq̄ est tāta quanta pficiens z perfecta sed aliquis quādo cecidit habuit charitatem pficientē vel perfectā: quādo aūt resurgit habet charitatē incipientē: ergo nō habet tantā charitatē quātā prius. ℂ P nūq̄ potest tantū disponere se ad recipiendū diuini luminis influētiā qui est fine charitate q̄m cum charitate: sed fm q̄ aliquis disposuit se ad gratiā deus illi gratiā infundit: ergo semp̄ magis recipit de influentia gratie aliquis permanēs in charitate q̄m de nouo charitatē accipiēs: z sic idē q̄ ṕi⁹. ℂ Sed cōtra in malach. iij. placebit deo sacrificiū iuda z̄c. fiē dies seculi z anni antiqui: ſz charitas facit oīa nostra deo esse accepta: ergo aliquis post lapsum resurgēs pōt habere tantū de charitate quantū prius. ℂ Ulterius videt̄ q̄ semp̄ magis surgat in maiori. Genē. j. factū est vespere z mane dies vnus glosa vespertina lux a qua quis cecidit matutina in qua resurgit: ſz lux matutina ē maior q̄m vespertina: ergo z gratia vel charitas in qua quis resurgit illa quam prius habebat ℂ P Ro. vj. vbi abūdauit delictū superabūdauit z gratia: ſz vbi superabūdat gratia est ibi maior charitas: ergo z̄c. ℂ P peccatū vincit ṕmā charitatē. vincit̄ aūt a scdo: ergo secunda charitas est fortior z maior q̄m prima. ℂ Sed contra innocens nō est minus aptus ad recipiendū gratiā q̄m peccator sed primā gratiā accipit innocēs. secūdā accepit peccator: ergo nō oportz q̄ secūda sit maior q̄m prima. ℂ Ulteri⁹ videtur q̄ adminus semp̄ sit equalis Ro. viij. diligentib⁹ deum oīa cooperant̄ in bonū glosa etiā casus in peccatū: sed hoc non esset si in minori charitate resurgeret: ergo nūq̄ in minori: sed semp̄ in equali resurgit. ℂ P Ambrosius dicit q̄ penitentia oīa ablata restituit: sed hoc nō esset si non resurgeret ad minus in equali charitate: ergo semp̄ resurgit aliquis in equali charitate. ℂ P cōtritio debet ꝓportionari precedēti peccato: sed peccatū ꝓportionat̄ quodāmodo gr̃e quam expellit: ergo z gratia vel charitas per quā homo cōteritur debet esse equalis gratie precedēti. ℂ P penitentia vinificat merita per peccata mortificata: ergo penitens tantum habebit gloriā quātā ante peccatū meruerat: ſz tantum meruerat quantū de charitate habuerat: gloria ergo quā penitens habebit ꝓportionat̄ charitati quā ante peccatum habuit. ꝓportionat̄ autē charitati in qua in morte inuenitur post penitentiā: q̄z ligniū vbi ceciderit ibi erit Eccē. plt. ergo charitas in qua resurgit penitēs est equalis charitati a qua cecidit. ℂ Sed cōtra minima cōtritio sufficit ad delectionē omniū peccatoz: ſz fm quātitatē cōtritionis attendit̄ quantitas charitatis in qua quis resurgit: ergo cū potuit quando prius habuit gratiā ex magna ꝓparatiōe gratiā accepisse videt̄ q̄ possibile sit q̄ recipiat minorē gratiā z charitatem q̄m prius habuit. ℂ R° dicendū ad primā q̄ mēsura charitati prefigit̄ a deo fm suā voluntatē z aliquo mō contmensurat̄ ad conatū illius qui gratiā recepit. vnde cum aliquis per peccatū possit multū z parū conari ad recipiendū charitatē z dīne liberalitati nō ponat̄ termin⁹ per peccatū cū ipse quantū in se est sit parat⁹ oīa peccata totaliter delere oportz dicere: sicut z cōiter dicit̄ q̄ aliquis pōt post peccatū in maiori z ī mīori z equali charitati resurgere. Ad primū ergo dicēdū q̄ loquit̄ de gloria premij accidentalis

que non commensuratur charitati sed actui vel statui: quia post peccatū virgo aureolam nō habebit. ⁊ sīl̄r nec peccator resurgens gaudiū de innocentia continuata. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ ab officio dignitatis aliquis repellit̄ ꝓpter peccatū cōmissum etiamsi penitētiā egerit. sicut ꝓpter hominem repellit̄ a sacerdotio. ⁊ hoc est ꝓpter hoc q̄ nō reducitur ad statū tante dignitatis q̄uis reducat̄ ad equalē charitatē. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ loquēdo de vna ⁊ eadē charitate verū est q̄ charitas incipiens minor est q̄z ꝑficiens vl̄ ꝑfecta. sed vna incipiens potest esse maior q̄z alterius qui est in statu ꝑficiētiū. sicut aliq̄s aīal statim natū est maius q̄z aliud etiam perfectū. ¶ Ad q̄rtū dicendū q̄ ceteris paribus semp ille qui habet charitatē recipit plus de influentia diuini luminis. sz ille qui non habet charitatē potest plus conari ⁊ magis recipiet. ¶ Ad secundā q̄nē dicēdū q̄ non est necessariū q̄ semp in maiori charitate resurgat: quia etiam minor ꝓparatio vel equalis sufficit ad hoc q̄ gratia infundatur. ¶ Ad primū igit̄ dicendū q̄ filitudo illa attenditur non q̄tū ad quantitatē lucis: sed q̄tū ad ordinē lucis ad tenebras. ¶ Ad secūdū dicendū q̄ Ap̄ls loquit̄ de gratia redemptionis que supabundauit ad delictū primi hois: ⁊ nō loquit̄ vniuersaliter. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ peccatū nō vincit charitatē ꝓpter eius debilitatem. sed quia ille qui peccat nō vtit̄ auxilio charitatis. ⁊ ideo ratio nō sequit̄. ¶ Ad tertiam questionē dicendū q̄ etiam in minori charitate potest hō resurgere: quia quantūcūmq̄ de peccato doleat ⁊ ad gratiam se ꝓparat dūmō ad terminū cōtritionis ꝓueniat: q̄ plus displicet ei a deo recessisse q̄ aliquod temporale placuit gratiam habebit etiamsi non tantū ꝓparet se quantus ꝑius dum fuit innocens ꝓparauit. ¶ Ad primū igit̄ dicendū q̄ hoc intelligit̄ non semp q̄tū ad maiorē quātitatē charitatis: sed q̄tū ad maiorē diligentiā vl̄ humilitatē in q̄ penitēs resurgit ad min⁹ actuali. min⁹ autē malū est vt charitas diminuat̄ q̄z vt totaliter amittat̄: ⁊ minus malū cōputatur ꝓ magis bono vt dicit̄. v. ethi. Et ideo in bonū diligētis deū cedit peccatū etiamsi in minori charitate resurgat quia p humilitatē ⁊ cautelam ab oīmoda gr̄e amissione curatur. ¶ Ad secundū dicendū q̄ penitētia oīa restituit: sed nō oportet q̄ eq̄lia. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ quātitas peccati nō ꝓportionat̄ gr̄e quā exclusit: quia paruū peccatū potest maximā charitatē expellere: sicut ecōuerso parua charitas dicit̄ maxima peccata delere: q⁊ pendet ex conatu hois ꝓpter⁹ q̄z ex quidditate habit⁹. ¶ Ad quartū dicēdū q̄ sicut ex predictis patet p ꝓpria merita merebat sibi tantā gloriā quantā charitatē habebat. sz ipse p ꝓpriū fact⁹ est alter: ⁊ nō plenarie ad ꝑistinū gradū restituit⁹. ⁊ ideo non plenarie recipiet effectū ꝓpriorū meritorū nisi q̄tū ad ꝓmiū accidētale: quod mensurat̄ actib⁹ magis q̄z habitu charitatis.

Questio Secunda.

Deinde querit̄ de euacuatione charitatis p gloriam
Et circa hoc queruntur q̄tuor. ꝓmo vtrum fides ⁊ spes euacuent̄ gl̄ia aduenīēte. Secundo vtrū charitas. Tertio vtrū ordo charitatis. Quarto vtrū scientia.

Ꝓmū sic ꝓcedit̄. videtur q̄ fides nō euacuet̄. Fides enī est fundamentū spūalis edificij. sz fundamentū imobile manet quicq̄d superedificet̄: ergo fides nō euacuet̄ aduenīēte gl̄ia. ¶ Ꝑ nihil expellit̄ nisi a suo cōtrario. sz gl̄ia nō est ⁊traria fidei: ergo aduenīēte gloria nō euacuat̄ fides. ¶ Ꝑ ꝑfectū ⁊ impfectū circa ea q̄ sunt diuersa specie bene se cōpatiunt̄ in eodē: sicut q̄ hō habeat perfectam geometriā ⁊ impfectā grāmaticaz. sz visio gl̄ie ⁊ fides sunt alteri⁹ speciei: ergo visio gl̄ie nō expellit fidē. ¶ Ꝑ opinio ⁊ sciētia hūt se sicut cognitio ꝑfecta ⁊ impfecta: ⁊ sīl̄r cognitio matutina ⁊ vesptina in angelis. sz in hoīb⁹ manēt sīl̄ sciētia ⁊ opinio: ⁊ in agelis sīl̄ cognitio matutina ⁊ vesptina ergo si fides manet cū visione patrie. ¶ Sz ⁊tra est q̄ Ap̄ls dicit. j. Cor. xiij. ¶ Ꝑ fides ē nō apparētiū. sz in patria nihil erit nō apparēs eoz quoz est fides: ergo ibi fides non erit.

¶ Ulterius videtur q̄ nec spes euacuetur: quia sicut se habet spes ad bona ita se habet timor ad mala. sz in damnatis semp manebit timor seruilis: ergo ⁊ sīl̄r in beatis manebit spes. ¶ Ꝑ Eccle. xxiiij. Qui edunt me adhuc esurient. ⁊ loq̄tur de fruitione diuine sapiētie que erit in patria. sz esuriēs expectat aliq̄d in futurū: ergo sancti expectabūt aliq̄d in futurū etiā de ꝓmio substātiali. ¶ Ꝑ in fide q̄ euacuat̄ inuenit̄ aliq̄d cōmune fidei ⁊ gl̄ie. s. visio. sz nō inuenit̄ aliq̄d in spe q̄ posset in patria eē: q⁊ id q̄ est substātia spei est expectatio q̄ nō manebit ī patria: ergo videt̄ q̄ nō euacuet̄ spes. ¶ Sed contra. Ro. viij. Q̄ videt q⁹ q̄d sperat. sz sancti videbunt in patria quicq̄d expectauerūt: ergo spes in eis non erit. ¶ Ꝑ spes est expectatio beatitudinis future. sz bt̄itudo in patria iam nō erit futura: ergo neq̄z spes erit ibi. ¶ Ulteri⁹ videt̄ q̄ aliq̄d de substātia habit⁹ fidei ⁊ spei remanebit idem numero: q⁊ in oī mutatione oportet esse aliq̄d cōe vtriq̄z terminoz. sed fides ⁊ spes mutant̄ in bona gl̄ie: ergo oportet q̄ aliq̄d de substātia habit⁹ fidei ⁊ spei maneat idē numero. ¶ Ꝑ sicut charitas aduenīēs opponit̄ fidei informi nō fm substantiā fidei sed fm informitatē: ita gl̄ia aduenīens opponit̄ fidei nō fm substantiā visionis sz fm impfectionem tm̄. sz charitas aduenīēs tollit informitatē ⁊ remanet idem habit⁹ numero fidei q̄tū ad substantiam vt supra dictū est. ergo ⁊ sīl̄r gl̄ia aduenīens tollit tm̄ impfectionē: ⁊ dimittet eandem substantiā habit⁹ numero. ¶ Ꝑ q̄ scientia impfecta crescit in ꝑfectā nō tollit̄ substātia sciētie: similiter nec substātia corporis q̄ ex puero fit vir sz manet idez hō. sz Ap̄ls euacuationē fidei compat ꝑfectioni sciētie ⁊ etatis: ergo substantia fidei manet eadē numero. ¶ Sed contra. forme q̄ destruunt̄ sicut ex nihilo totaliter sunt: ita totaliter in nihilū tendūt. sz fides ⁊ spes cū sint habitus forme quedā sunt: ergo cū aduenīēte gl̄ia destruant̄ vt dicit Ap̄ostolus videt̄ q̄ nihil ipsarū maneat fm numerū idez. ¶ Ꝑ impossibile est q̄ aliq̄d sit idem numero quod nō sit idem specie: sicut dicit p̄hs de fide ⁊ opinione in. iiij. thopicoz. sz visio patrie ⁊ fides differūt specie multo plus q̄z fides ⁊ opinio: ergo visio fidei ⁊ patrie nō est idem numero. ¶ R⁹ dicendum ad primā questionē q̄ in fide est cognitio quedaz ⁊ mod⁹ cognoscēdi: quia cognoscit in speculo ⁊ in enigmate. modus aūt imperfectiōis est ⁊ obscuritatē importat. vñ cū glozia aduenīens omnē imperfectionē ⁊ obscuritatē tollat: tollet quidē modū fidei q̄tū ad modū cognoscēdi: sz remanebit cognitio eoz quoz ē fides: nō quidē iam enigmatica sz clara. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ q̄tū ad id q̄ habet de cognitione fides est fundamentū: non q̄tū ad id q̄ habet de enigmate. vnde q̄tū ad id q̄ est fundamentū manebit. ¶ Ad secundū dicendū q̄ q̄nis glozie visio nō sit cōtraria fidei q̄tū ad id quod habet de cognitione: est tm̄ sibi cōtraria q̄tū ad id quod habet de enigmate: ⁊ ex hac parte eam expellit. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ perfectio ⁊ impfectio cognitionis circa diuersa bene se compatiunt̄: sed nō circa idem. ⁊ ideo aliquis potest habere simul imperfectā cognitionē de his que pertinēt ad vnū: ⁊ perfectā de bis que ptinent ad aliud. sed nō est simile in ꝓposito: quia fides ⁊ visio glozie est de eodem. ¶ Ad quartum dicendū q̄ opinio ⁊ sciētia q̄uis sint de eodem: non tamen fm idem mediū: sz fm diuersa: ⁊ ideo possunt eē simul. sed fides ⁊ visio patrie sunt de eodem ⁊ fm idem mediū: quia fides assentit veritati ꝓme ꝓpter se: ⁊ similiter visio glozie. ⁊ ideo ꝑfectio vni⁹ non patitur imperfectionē alterius. cognitio aūt matutina ⁊ vesperting q̄uis sint de eodem fm rem: non tamē sunt de eodem fm idem eē: quia cognitio matutina est de re fm q̄ habet esse in verbo. cognitio autē vesperting de re fm q̄ habet esse in ꝓpria natura. ⁊ ideo non est simile. ¶ Ad secūdam questionē dicendū q̄ de habitib⁹ oportet ex actib⁹ iudiciū sumere. Est autē duplex actus. s. qui est actus imperfecti inquantū huiusmodi sicut motus ⁊ actus qui est actus perfecti inquantū huiusmodi sicut operatio consequēs for

mam. contingit autē quandoq; q̄ actus perfecti inueniantur in impfecto fm q̄ iam participat aliquid de perfectiōe sicut aliquid de actu albi est in pallido. qñ ergo imperfectū ad perfectionē venit actus qui est eius inquantū habet aliquid de perfectione in quam tendebat manet q̄tū ad id qđ est de substantia actus. sed tollitur q̄tū ad id quod erat de imperfectione actus sicut loquela balbucientis pueri tollit̄ qñ venit ad perfectaz etatē q̄tū ad id quod imperfectionis erat in ipso. manet autē quicqđ erat de perfectione z substātia loquele. sed motus qui est actus imperfecti qñ peruenit̄ ad terminum motus non manet q̄tū ad aliquid substantie actus: sed q̄tū ad radicē fm quā motus inerat qui erat proportio quedā z ordo impfecti ad perfectionē. cognitio aūt inq̄ntū huiusmodi importat actū perfecti. z ideo cognitio q̄ habet̄ in statu imperfectiōis manet q̄tū ad id quod cognitionis est imperfectione sublata. Spes autē inquantū tendit in arduū quod est nondū habitū z futurū expectatū est sicut actus imperfecti cū sit q̄si quidam motus. Et ideo cum ad perfectum venerit non manet id quod expectationis aut spei est: sed hoc tm̄ in quo hec expectatio radicabat̄. s. ordo z proportio ipsius hominis ad illa iam habita quoz oū nō habebant̄ erat spes. z ideo non ponit̄ aliquid speciale succedens spei: sz tentio siue cōprehēsio beatitudinis q̄ dicit ordinem hominis ad deū iam habitū cui⁹ non habiti erat spes. vnde ordo iste cōmunis est vtrobiq; z q̄tū ad hunc ordinē spes manet: sed q̄tū ad naturā actus sui transit. ¶ Ad p̄mū igit̄ dicēdū q̄ illi qui erunt in penis cū sint remoti a participatione eternitatis erūt semp in motu z successione. z propter hoc poterit esse timor futuri mali. sz illi qui erunt in patria erunt maxime q̄tū ad premiū substantiale in participatione eternitatis. z ideo fm hoc non erit in eis aliqđ de premio futuri: sed totū simul habent: vnde non remanet in eis spes. ¶ Ad secundū dicēdū q̄ illa fames nō importat expectationē futuri: sed aufert fastidium iam habiti. vnde respectu premij substantialis non erit ibi expectatio: sed fruitio plena. sed respectu aliquoz accidentaliū vel etiam stole cozporis poterit ibi esse expectatio: sed non spes vt supra. xxvij. di. dictū est. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ etiam in spe inuenit̄ aliquid quod manet in patria. s. ordo z proportio ad expectatū bonū. sed iste ordo erit perfectus in patria: in via aūt imperfectus propter absentiam eius ad quod est. ¶ Ad tertiā questionē dicendū q̄ ablatio alicui⁹ quod est de substātia rei inducit corruptionē rei illius: nō autē sublatio alicuius quod se habet accidentaliter ad rem illam. imperfectio aūt illa quam tollit gloria a fide est substātia fidei z ad speciem eius pertinēs. quod patet ex hoc q̄ accipitur fm rationē obiecti a quo fides specie recipit. Obscuritas enī quā enigma importat ad gen⁹ cognitionis pertinet. z ideo oportet q̄ remota ista imperfectione substantia z species fidei destruantur: sicut si ab asino remouet̄ sua irrationabilitas. quia autē fides forma quedā est accidentalis simplex non cōposita ex materia z forma. z ideo ipsa destructa nō remanet aliqđ fidei idem numero sed idem genere: sicut patet q̄ qñ ex albo fit nigrū vel ecōuerso manet id qđ coloris est non idem numero color sed idem genē. sz manet eadē lux numero cū sit perfecta z imperfecta: quia illa imperfectio vel perfectio nō pertinet ad speciē lucis: sed accidentalis est. Et sil'r est dicendū de spe in qua etiā quod dictū est magis apparet. ¶ Ad p̄mū ergo dicendū q̄ cōe qđ manet in mutatione idez numero est subiectū sz idez genere manet natura generis. z ita in hac transmutatione manet eadē numero aīa: sed visio vt cognitio idem genere. ¶ Ad secundū dicenduz q̄ infozmitas illa nō est de ptinētib⁹ ad spēm fidei sicut impfectio enigmatica. z iō nō est simile. Et sil'r dicendū ad tertiū.

Ad secundū sic procedit̄. videtur q̄ charitas vie euacuet̄. j. Corinth. xiij. Cuz venerit quod perfectū est euacuabitur qđ ex parte est. sed charitas est ex parte: quia illud preceptuz Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo: non totaliter impletur in via vt supra dictum est: ergo charitas euacuabit̄. ¶ Destructa causa destruit̄ effectus. sed fides generat charitatē: sicut dicitur Matth. i. in glosa. cū ergo fides euacuetur z charitas euacuabit̄. ¶ Si cut fides ē enigmatica ita z charitas: quia charitas mouet affectum in id quod non per speciem videtur. sed fides que est enigmatica euacuabitur: ergo z charitas. ¶ Omn⁹ cel sat cum peruentū fuerit ad terminū. sed charitas est quidaz motus mentis in deū: ergo cum ad terminū pertinieē charitas cessabit. ¶ Ea que sunt vnius rationis vnū in alterum potest proficere si differant fm perfectū z imperfectū. sed charitas vie q̄tus possit crescere: nunq̄ tamē potest peruenire ad modum charitatis patrie: ergo charitas vie z patrie non sunt vnius speciei. z ita videtur q̄ charitas euacuetur. ¶ Sed contra. prima Corinth. xiij. Charitas nunq̄ excidit. ¶ Presentia amati non tollit amoz sed auget. charitas aūt est amoz dei: ergo quando deum presentem videbimus nō tolletur charitas sed magis augebitur. ¶ Dicendum q̄ amoz fm rationem sue speciei non importat aliquid imperfectionis: sed magis perfectionē inquantū importat terminationē affectus: z quandam informationē in re amata. vnde gloria adueniens nihil de his que ad speciē charitatis pertinent tollet: z ideo charitas non destruitur. ¶ Ad p̄mū ergo dicendū q̄ illa imperfectio est accidentalis charitati. z ideo ea remota nihilominus charitas eadē numero remanebit. ¶ Ad secundū dicēdū q̄ fides est causa charitatis ratione cognitionis. cognitio aūt manebit vt dictum est. ¶ Ad tertium dicendū q̄ enigma est essentiale fidei: quia pertinet ad rationē propriā obiecti. sed est accidentale charitati: z ideo non est similis ratio. ¶ Ad quartū dicendū q̄ amare non dicit motū qui sit actus imperfecti: sed qui est actus perfecti: sicut sentire z intelligere vt dicit philosophus in tertio de anima. z ideo ratio nō sequit̄. ¶ Ad quintū dicendū q̄ hoc q̄ charitas vie manens in via nō potest peruenire ad perfectionē charitatis patrie est ꝓpter statū viatoris z non q̄tū ad id qđ est de rōne charitatis inq̄ntū viatoris non possidet pfecte qđ amat.

Ad tertiuz sic proceditur. videtur q̄ ordo dilectionis qui modo est non fuerit in christo nec in sanctis q̄ sunt in patria q̄tū ad dilectionē inimicoz: q̄ inimici sanctoz ad minus post diem iudicij non erunt nisi demones z damnati. sed ad illos non est habenda charitas vt supra dictū est: ergo nō diligeret inimicos. ¶ In eis erit summa cōformitas voluntatū ad deum. sed deus inimicos sanctoz non diligit sed odit: ergo nec christus z beati suos inimicos diligent. ¶ Quicūq; diligit aliquē ex charitate vult ei bonū vite eterne. sed hoc christus non voluit inimicis nec beati: quia si vellent z fieret: ergo non diligūt inimicos ex charitate. ¶ Sed contra. diligere inimicū ad perfectionez charitatis pertinet. sed in christo z in beatis est perfectissima z amplissima charitas: ergo ipi inimicos diligūt ¶ Christus ex charite dilexit illos pro quibus mortuus est Joh. xv. Maiorem hac dilectionem nē. sed mortuus est pro inimicis Roma. v. ergo dilexit inimicos: z eadem ratione beati. Ulterius videt̄ q̄ in eis non sit ordo charitatis q̄tū ad se z proximū z propinquos z extraneos. Augustin⁹ in libro de vera religi. Perfecta charitas est vt plus potioza bona z minus minoza diligamus. sed in patria erit perfecta charitas: ergo proximū meliozē se plus diligit aliquilibz q̄ seipm̄ z similiter extraneū q̄ propinquū fm carnem. ¶ In patria erit perfecta conformitas humane voluntatis ad deum. sed deus plus diligit meliozem: ergo et quis plus diligit meliozem q̄ seipsum. ¶ Ille plus diligit cui maius bonū optatur. sed quilibet homo vult maius bonū meliozi se q̄ sibi in patria: quia vnicuiq; vult bonū quod habet nec appetit alicui quod non habet: quia sic desideriū non esset quietatū: ergo plus diligit meliozem se q̄ seipsum. ¶ Sed contra. gloria perficit naturā. sed ordo

iste est a natura hominis prodiens vt homo se plus alte
ro diligat. ergo ꝛ gloria hunc ordinem non auferet. ¶ Si
aliquis salutē suam negligeret pro salute alterius peccaret.
sed in patria non erit aliquid inordinatum: ergo homo ibi
semper plus diliget salutē suam ꝙ̄ alterius: ꝛ ita plus ama
bit se ꝙ̄ alterū. ¶ Alterius queriť quē xp̄s plus dilexerat
petrū vel ioannē. Et videtur ꝙ ioannē Jo. vltri. Dicit illum
discipulū quē diligebat iesus sequentē. hoc autē non dicit
ꝙ illum tm̄ diligeret: ergo propter eminentiam dilectionis
ad ipsum. ¶ Dilectio in qua affectꝰ affectui vel signis di
lectionis non respondet est dilectio similationis. cum ergo
christus maiorē familiaritatē ioanni exhibuerit ꝙ̄ petro: ꝛ
eius dilectio nullo modo fuerit similata: videtur ꝙ ioannē
plus petro dilexerit. ¶ Sed contra Prouerbi. viij. Ego di
ligentes me diligo. sed plus dilexit petrus vt patet Jo. vlti.
ergo ꝛ plus diligebatur. ¶ Rº dicendū ad primā questio
nē ꝙ inimici christi possunt accipi dupliciter. vel ꝙ̄tū ad fi
nalē exitū sicut dānati. vl̄ in actu vl̄ in præuisione diuina: vl̄
ꝙ̄tū ad præsentē statū tm̄: sicut saulus tunc erat. Quantū er
go ad primos inimicos est eadem ratio dilectionis in chri
stum ipsorū diligimus: ꝛ considerata natura tm̄ eis vitam
eternā vellemus. sed considerata iusticia diuina ꝛ eorū me
ritis eis hoc non volumus: quia iusticiam diuinā plus dili
gimus ꝙ̄ eorū naturā. ꝛ prima volūtas est voluntas antece
dens. secunda est voluntas consequēs. ꝛ ita christus dilige
bat inimicos qui erant damnati vel dānandi volens eis bo
nū voluntate antecedente que nō semper impletur etiā dei
volūtas antecedens. sed nō consequēte sicut nec deus. ꝛ ea
dem ratio est de alijs beatis ꝙ̄tū ad illos qui actu sunt dam
nati. Sed de damnādis forte nesciūt de omnibus qui sunt:
sed ꝙ̄tū ad alios inimicos ſm̄ præsentē statū tm̄ diligebat: ꝛ
ad eos bona operabatur: quia pro eis morte subijt. Et per hꝰ
patet responsio ad obiecta. ¶ Ad secundam questionē di
cendum ꝙ circa hoc est duplex opinio. Quidam dicūt ꝙ in
patria erit deus oīa in omnibꝰ mens tota in deum quiescēs
totā rationē dilectionis habebit deū. ꝛ ideo deū sup omnia
diliget: ꝛ alios tāto plus quanto erūt deo proximiores etiā
alios plus ꝙ̄ se si sunt meliores. Sed illud nō videtur ratio
nabiliter dictū: quia vnusquisq̄ tantū amabit deo frui q̄n
tum diliget deum. vnde cuꝫ deū super omnia diliget super
omnia volet deo frui. ꝛ iō frui deo plus optabit sibi ꝙ̄ alij.
vnde videtur ꝙ magis se ꝙ̄ alium diliget. ¶ Affectus di
lectionis nō quiescit in aliquo nisi in proprio obiecto. sicut
autē propriū obiectū amoris est bonū: ita propriū subiectū
amoris istius hominis est bonū istius: vnde ꝛ deuꝫ summe
diliget inquantū est summū bonū suū. vnde non oportet ꝙ
tantoaliquē plus diligat q̄nto est simpliciter deo primior:
sed quanto est deo proximior inquantū est bonū suum. Et
ideo videť probabilius quod alij dicūt ꝙ quilibet ibi plus
diliget se ꝙ̄ proximū. Sed de comparatione propinquorū
ad extraneos credo ꝙ simpliciter loquēdo plus vnusquisq̄
diliget extraneū meliorē ꝙ̄ cōsanguineū minus bonū: quia
plus attēditur ordo dilectionis ꝙ̄tū ad proximitatē ad deū
ꝙ̄ ꝙ̄tū ad proximitatē ad seipsum. q̄uis vtrūq̄ oportet ꝙ̄ at
tendatur. vnde de equaliter bonis plus diligit proximiorē
sed de inequalibus diligit meliorem. ¶ Ad primū igit̄ di
cendū ꝙ intelligendum est ꝙ plus diligit magis bona que
etiam sibi sunt magis bona: sicut bona spiritualia ꝙ̄ corpo
ralia. ¶ Ad secundū dicendum ꝙ in hocipso voluntas no
stra voluntati diuine conformabitur ꝙ sequetur motuꝫ na
turaliter sibi impositum a deo. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ
autē intensius. sed volūtate antecedente vult sibi maius: sed
hoc non impedit quietē desiderij: quia hec voluntas nō est
voluntate consequēte vult maius bonum alteri ꝙ̄ sibi: sibi
ut quidam dicunt. ¶ Ad tertiā questionē dicendū ꝙ sicut
dicitur petrus plus dilexit christum dilectione que ab ipso

in membra diffunditur. sed ioannes plus dilexit dilectione
que in christo fixit. Et ideo petro domin⁹ cōmisit curā mē
brorū: ioanni autē curam matris que ad personam eius spe
cialius spectabat. vnde ꝛ petrus a christo plus diligebatur
ꝙ̄tū ad affectum interiorem quia donū maioris charitatis
erat ei tunc collatum. Sed ioannes magis diligebatur ꝙ̄tū
ad signa exterioris familiaritatis. ꝛ hoc propter ꝙ̄tuor cau
sas. Primo quia per ioannē significatur vita contemplati
ua que familiariorem habet deum ꝙ̄ actiua sit fructuo
sior ꝛ laboriosior que significať in petro. Secundo propter
etatem: quia iuuenis erat. Tertio propter castitatem. Quar
to propter ingenitam mansuetudinē. Et per hoc patet solu
tio ad obiecta: quia vterq̄ plus diligebat ꝛ quodāmō plus
diligebatur.

Ad quartum sic proceditur. videtur ꝙ sciētia quam
mō habemus totaliter tolletur. prima Corin. xiij.
Scientia destruetur. sed accidens quod destruiť
totaliter tollitur: ergo scientia totaliter tolletur. ¶ Fides
est magis spiritualis ꝙ̄ scientia. sed fides tolleť: ergo ꝛ sciē
tia. ¶ Consideratio scientie est de delectabilibus maxi
me. si ergo scientia hic acquisita remanet aliqs magnus cle
ricus plus habebit de gaudio ꝙ̄ aliqua vetula que erit ma
ioris charitat]: quod esse videtur impossibile. ¶ Illi qui
sunt in patria cognoscunt omnia quoruꝫ scientiam habue
runt: ꝛ multo plura ꝛ meliꝰ in verbo. si ergo scientia non est
nisi ad cognoscendū frustra in eis preterita scientia remane
ret. ¶ Habitus ordinat ad actum: ergo vbi actus non re
manet neq̄ habitus remanere potest: quia frustra remane
ret. sed actus sciētie qui modo est non remanebit in patria:
quia consideratio scientiarū est in intelligendo cum fantas
mate non solum in accipiendo scientiam: sed etiam in con
siderando ea q̄ aliquis iam didicit. Unde leso organo ima
ginationis impeditur operatio intellectus etiā in alijs que
prius sciebat: ergo nec sciētia remanebit. ¶ Scientia quā
nunc habemus consideratio est collativa. Sed iste modus
conferendi non erit in patria: quia tunc sequeretur ꝙ esset
ibi studium ꝛ disputatio: quod est absurdum. ergo scientia
hic acquisita non remanebit in patria. ¶ Sed contra. Wa
gister in prima distinctiōe secundi dixit: ꝛ philosophi etiaꝫ
plures dicunt ꝙ anima posita est in corpore vt scientijs per
ficiatur. sed frustra poneretur ad hoc nisi post corpus et sci
entia remaneret: ergo scientia remanebit. ¶ Constat ꝙ il
li qui sunt in inferno aliquid cognoscūt esse de his q̄ prius
cognouerunt: sicut patet de diuite qui suorum memoriam
habebat. sed eis non addetur alia cognitio ꝙ̄ hic habuerūt
ergo prior sciētia in eis remanebit. ¶ Si scientia destrua
tur cum corpore erit bonum temporale. ꝛ ita studium scien
tie computabitur in sollicitudines rerū temporaliū: quod
videtur absurdum. ¶ Rº dicendū ꝙ in scientia quam mō
habemus est tria considerare. s. habitum actum ꝛ modum
agendi. Modus autem agendi est vt intelligat cum fantas
mate: quia in statu vie verum est quod dicit philosophus
in tertio de anima ꝙ nequaq̄ sine fantasmate intelligeret
anima non solum quantum ad acquirendam scientiam sed
etiam quo ad cōsiderationē eorum que quis iam scit: quia
fantasmata se habent ad intellectum sicut sensibilia ad sen
sum. actus autē scientie proprius est vt cognoscat conclusio
nes resoluendo eas ad principia prima per se nota. habitus
autem est quedam qualitas hominem habilitans ad hunc
actum. Modus autē intelligendi predictus accidit huma
ne anime ex duobus. Uno modo ex hoc ꝙ anima humana
est vltima ſm̄ nature ordinez in gradibus intellectus. vnde
se habet intellectus eius possibilis ad omnia intelligibilia:
sicut se habet materia prima ad omnes formas sensibiles. ꝛ
propter hoc non potest in actum exire prius q̄ recipiat re
rum species: quod fit per sensum ꝛ imaginationem. Alio
modo ex hoc ꝙ est forma corporis. vnde oportet ꝙ opera
tio eius sit operatio totius hominis. ꝛ ideo cōmunicat ibi

corpus non sicut instrumentuz per quod operetur: sed sicut representans obiectum scilicz fantasma. z inde contingit q anima non potest intelligere sine fantasmate etiam ea que pri⁹ nouit. In anima ergo separata a corpore remanebit natura anime: sed non remanebit vnio ad corp⁹ in actu. z ideo ea considerata in natura sua tantum non indigebit fantasmatibus quantū ad cōsiderationē eoz que pri⁹ sciuit. Sed solum quantum ad considerationem eozum que de nouo debet scire. z ideo ea que prius sciuit poterit considerare nō quidem vtendo fantasmate: sed ex habitu scientie prius habito. ea vō que ante nesciuit non poterit scire nisi quatenus ex his que scit elici possunt: vel inquantuz alie species ei diuinitus infunduntur. dicere enim q fm id quod modo anima habet in natura sua nō possit intelligere sine corpore aliquo modo est valde familiare illis qui ponunt animam cum corpore deficere: quia vt dicitur in primo de anima: si nulla operationum quas habet potest esse sine corpore nec ipsa sine corpore esse posset: cum operatio naturalis consequatur naturam. In actu autem scientie predicta duo considerantur. s. motus inquisitionis z rationis discurrentis: z terminus scilicet certitudo qui habetur de conclusionibus fm q iam sunt reducte in prima principia. motus autem ille imperfectionis est quantum ad necessitatem discurrendi vt causetur certitudo. z ideo beatis non remanebit actus scientie quantum ad necessitatem motus: sed quantum ad certitudinem tantuz. z ideo videtur dicendum fm q quidam dicūt q in patria quantum ad animas separatas erit alius modus intelligendi: quia sine fantasmate considerabūt. sed post resurrectionem poterit esse vterqz modus inquantum anima non subiacebit corpori sed ex toto ei dominabitur. actus autez mutabitur quia remanebit quantum ad terminum sed non quantum ad discursum in sanctis. In damnatis autem non est remotum quin etiam collationis necessitas remaneat. z ideo remanet habitus scientie quantum ad substantiam. dicere enim q habitus remaneat z actus nullo modo videtur absurdum: quia habitus nihil est aliud q̄z habilitas ad actum. ¶ Ad primum igitur dicendum q destruetur scientia quantū ad modum: z quantum ad actum mutabitur. sed quantum ad habitum remanebit vt dictum est. ¶ Ad secundum dicendum q modus imperfectionis est essentialis fidei: z de ratione eius. sed modus cognoscendi per fantasmata non est de ratione sciētie: sed accidit ei ex conditione subiecti. ¶ Ad tertium dicendum q nō est inconueniens q ille qui habet minozem charitatem habeat plus de gaudio quantum ad aliquem actum cum tamē habeat minus gaudium de deo quod est premium essentiale. ¶ Ad quartum dicendum q cognoscere aliquid pluribus modis non est frustra: sicut etiam christus habuit scientiaz naturalium rerum que in verbo cognoscebat. ¶ Ad quintum dicendum q ille modus cognoscendi accidit scientie ex statu eius in quo est. non enim fantasma est obiectum propinquum z proprium intellectus cum sit intelligibile in potentia non in actu: sed species intellecta est per se obiectum eius. ¶ Ad sextum dicendū q non erit actus scientie quantum ad discursum sed quantum ad terminum certitudinis. ¶ Et preterea non oporteret ibi esse studium vel disputationem quantum ad bonos: quia omnium illozum que cōsiderare vellent in verbo cognitionem possent accipere: vel per illuminationem superiozum habere. Damnatis autem non vacabit disputare penarum pondere pressis. Charitas autem que deseri potest. Verum est si posset deseri propter debilitatem amozis: vt scilicz aliquis minus diligeret deum q̄z rem illam pro qua tunc peccat: tunc enim non esset vera charitas. De perfecta intelligitur. Perfecta dicitur que est in confirmatis vel in via vel in patria. vel intelligitur non q possit amitti sz qz difficile est q amittaf.

¶ De charitate dei.

Remissis adicienduz est de dilectione dei qua ipse diligit nos que non est alia q̄z illa qua diligimus eū. Dilectio autē dei diuina vsia est. eadēq̄z dilectione pater z filius z spiritussanctus se diligunt z nos: ut supra dixerimus. Cūq̄z dilectio sit imutabilis z eterna: aliū tamen magis aliū vō minus diligit. Vnde Aug⁹. Incomprehensibilis est dilectio atq̄z imutabilis q deus in vnoquoq̄z nostrū amat quod fecit: sicut et odit quod fecimus. Miro igit z diuino modo etiā quādo odit diligit nos. Et hoc quidē in omnib⁹ intelligi potest. Quis ergo digne possit loqui quātū diligat mēbra vnigeniti sui: z q̄nto amplio⁹ vnigenitū ipsum? De ipso etiam dictū est Nihil odisti eoz que fecisti. Ex his percipit q deus omnes creaturas suas diligat. quia scriptū est Nihil odisti eoz que fecisti. Et iterū: Vidit deus cuncta que fecerat: z erant valde bona. Si omnia que fecit bona sunt: z omne bonū diligit: omnia igit diligit que fecit: et interea magis diligit rationales creaturas: z de illis eas amplio⁹ q̄ sunt membra vnigeniti sui: z multo magis ipsum vnigenitum.

¶ Ex q̄ intelligētia dicit deus magis uel minꝰ diligere hec uel illa.

Quum autē dilectio dei imutabilis sit: z ideo non intēdit uel remittit. Si querit q̄ sit rō dicti cū dicit magis uel minꝰ diligere hoc q̄z illud. z cū dicit deꝰ oia diligere dicimꝰ dilectionē dei sicut pacem dei exuperare oēm sensum humanū ut ad tāte altitudinis intelligentiā vix aliquate aspiret humanꝰ sensus. Potest tū sane intelligi ea rōne dici oia diligi a deo q̄ fecit: quia oia placent ei. oia approbat inq̄ntū opera eiꝰ sunt. nec tūc priꝰ uel amplioꝰ placuerūt ei cū facta sunt: sz anteq̄z fierent: imo ab eterno oia placuerūt ei: nō minꝰ q̄z postq̄z esse ceperūt. Qđ vō rōnales creaturas. i. homines uel angelos alios magis alios minꝰ diligere dicit nō mutabilitatē charitatis eiꝰ significat: sz q alios ad maiora bona alios ad minora dilexit aliosq ad meliores vsus alios ad minꝰ bonos. Oia enim bona nostra ex eiꝰ dilectione nobis puenīūt. Electos ergo aliꝰ magis aliꝰ minꝰ dilexit ab eterno: z diligit etiā nūc: q alios maiora alios minora z aliis minora sua preparauit bona: aliisq̄z maiora z aliis minora bona cōfert in tpe. vnde magis uel minꝰ dicit hos uel illos diligere.

¶ Qđ duobꝰ modis inspiciēda est dilectio dei.

Considerat enī duobus modis dilectio dei fm essentiam z fm efficientiam. nō recipit magis z minus fm essentiā: sed tm fm efficientiā: ut magis dilecti dicant quibus ex dilectione ab eterno maius bonū preparauit z in tempore

tribuit. ꝛ minus dilecti quibus non tantum. Inde est etiam ꝙ aliqui qñ conuertunt ꝛ iustificant dicũ tur tunc incipere diligi a deo: non ꝙ deus noua dilectione quẽquã possit diligere: imo sempiterna dilectione dilexit ante mũdi constitutionẽ quoscũqꝫ diligit. sed tũc dicunt incipere diligi ab eo: cũ eterne dei dilectionis sortiant effectũ. s. gratiam in presenti: uel gloriam in futuro. Vnde Augu. Absit ut deus temporaliter aliquẽ diligat quasi noua dilectione que in ipso ante non erat: apud quẽ nec preterita trãsierũt: ꝛ futura iam facta sunt. Itaqꝫ oẽs sanctos suos ante mũdi constitutionẽ dilexit sicut predestinauit. Sed cũ conuertunt ꝛ inueniũt illuz tunc incipere ab eo diligi dicunt. ut eo modo dicatur quo potest humano affectu capi quod dicitur: Sic etiam cuꝫ iratus malis dicitur ꝛ placidus bonis: illi mutantur: non ipse. ut lux infirmis oculis aspera: firmis lenis est: ipsorũ. s. mutatione: sua nõ Ita cũ aliquis per iustificationẽ incipit eẽ amicus dei ipse mutatur: non deus.

¶ Si quis magis uel minus diligat a deo vno tẽpore ꝙꝫ alio.

Ivo queritur de aliquo vno utruꝫ magis diligatur a deo vno tempore ꝙꝫ alio: distinguenda est dilectionis intelligẽtia. Si enĩ referatur ad dilectionis effectũ concessibile est. Si vo ad dilectionis essentiã: inficiabile est.

¶ Si deus ab eterno dilexit reprobos.

Dicendum est reprobis vo qui preparati nõ sunt ad vitam sed ad mortẽ: si queritur utrũ debeat concedi ꝙ deus ab eterno dilexit eos. Dicimus de electis solis simpliciter hoc esse concedendum ꝙ deus ab eterno eos dilexit quos ad iustitiã ꝛ coronam preparauit. De non electis vo simpliciter est concedendũ ꝙ odio habuit. i. reprobauit. sicut legit Jacob dilexi Esau odio habui. Sed nõ est simpliciter inteligendũ ꝙ dilexit ne predestinati intelligantur: sed cum adiectione dilexit eos in quantũ opus ei⁹ futuri erant id est quos ꝛ quales eos facturus erat.

¶ Postꝙꝫ determinauit magister de dilectione charitatis qua diligim⁹ deũ: hic determinat de dilectione qua deus diligit nos. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit quo de⁹ omnẽ creaturã diligit. In secunda mouet questionẽ de reprobis quos diligere non videtur: ibi De reprobis vo ꝛc. Prima in duas. In prima determinat de dilectione dei ſm ꝙ absolute dicit creaturã diligere. In secũda determinat de gradibus diuine dilectiõis ſm ꝙ vnũ plus ꝛ aliũ minus dicit diligere: ibi Cũ autẽ dilectio dei ꝛc. Et diuiditur hec pars in duas. In prima determinat de ordine diuine dilectionis ꝙtũ ad diuersos. In secũda ꝙtũ ad eundem ibi Si vo querit ꝛc. Circa primuꝫ tria facit. Primo mouet questionẽ. Secũdo determinat eã ibi: Dõt tũ sane ꝛc. Tertio cõfirmat solutionẽ ibi: Cõsideranti enĩ duob⁹ modis ꝛc.

Questio Prima.

Inquerunt quinꝙ. Primo utrũ de⁹ creaturã diligat. Secundo utrũ omnẽ creaturã. Tertio utrũ ab eterno. Quarto utrũ equaliter omnia. Quinto ꝺd plus ꝛ quid minus siue equaliter.

Ad primũ sic procedit. videt ꝙ deo nõ competat creaturã amare. Amor enĩ quandã passionẽ animi importat. sed alie passiones animi ut ira ꝛ huiusmodi nõ sunt in deo nisi ſm effectum ꝛ per similitudinem: ergo nec amor est in ipso. ¶ Pter multũ distantia non potest eẽ amor: vnde amici non optant amicis maxima bonoꝝ ne amicicia dissoluat. ut phs dicit in. ix. ethi. sed nulla est tanta distantia quãta creatoris a creatura: ergo nõ potest esse amor dei ad creaturã. ¶ Pter amor transfert amantẽ in amatũ ut viuat iam vita amati ut dicit Dio. in li. de di. no. sed deus nõ trãsfertur in aliquid aliud cũ sit ĩmobilis: ſꝫ omnia ad se trahit: ut dicitur Jo. xij. ergo ipse non amat creaturã. ¶ Pter amans quodãmõ subijcit amato inquantũ affectus amantis amato informat ut supra dictũ est. sed deus nullo modo creature subijcit: ergo nullo modo amat creaturam. ¶ Pter ois nostra perfectio a diuina perfectione exemplatur. sed ois virtus perfectio mẽtis est: ergo cũ quedã alie virtutes non sint in deo: ut temperãtia ꝛ huiusmodi: videtur ꝙ nec charitas. ¶ Sed cõtra. sicut essentia sua est exemplar omnis creature: ita bonitas sua est causa omnis bonitatis in creatura. ſꝫ deus cognoscẽdo essentiã cognoscit omnia que ab ipsa exemplantur. ergo amãdo bonitatem suam amat omnia que ab ipsa bonitatẽ pticipant. ¶ Pter Jo. iij. Sicut deus dilexit mũdũ. ¶ Pter Dio. dicit ꝙ diuinus amor nõ permisit ipsum sine germine esse. ¶ Rº dicendũ ꝙ vnicuiqꝫ habenti cognitionẽ amabile est proprium bonũ non solum amore naturali sed amore animali siue intellectuali. vnde cũ in deo sit sua perfecta cognitio amat suam bonitatẽ. bonũ autẽ alicui⁹ non solũ dicitur ſm hoc ꝙ in ipso est. sed ſm ꝙ in alio est per similitudinẽ. vnde cũ bonitas que est in creatura sit similitudo diuine bonitatis: sequitur ꝙ ipse creaturaꝫ diligat. ¶ Ad ꝓmũ igit dicẽdũ ꝙ passiones quedam important in sui ratione aliquã materialẽ transmutationẽ. ꝛ ideo non possunt transferri in deũ nisi per similitudinẽ sicut ira. ꝛ similiter ille que important defectũ vt tristitia: ꝛ etiam ira ſm ꝙ ex tristitia causat. Quedam vo passiones sunt que de ratiõe sui non important aliquid materiale vel aliquẽ defectum sicut delectatio. vnde etiam in operatiõe intellectuali delectatio est non solum in corporali operatione vt phs probat in. vij. ethi. ꝛ propter hoc delectatio in deo potest poni: non quidẽ vt passio sed operationem suam simplicẽ: ꝛ sine motu consequens ꝓ modũ intelligẽdi. vñ phs dicit in. vij. ethi. ꝙ deus simplici gaudet operatione. ꝛ sil'r etiã de amore dicendum est. ¶ Ad secundũ dicenduꝫ ꝙ inter multũ distantia bene potest esse amor sed non amicicia: quia non conuersant simul: quod est proprium amicicie. Deus autẽ ꝙꝫ in infinitũ distet a creatura: tamen operat in omnib⁹ ꝛ in omnib⁹ est. ꝛ ideo põt saluari etiam ratio amicicie. ¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ amor ois trãsfert quodãmõ amantẽ in amatũ: sed diuersimode. vno modo ſm ꝙ amãs trãsfertur in participandũ ea que sunt amati. alio modo vt cõmunicet amato ea q̃ sunt sua. Primo ergo modo deus non transfert in amatuꝫ: quod est creatura. sed secũdo modo inq̃ntũ bonitatẽ suã ei cõicat. ꝛ sic dicit Dio. iiij. ca. de di. no. ꝙ etiã ipse de⁹ est per amorem extasim passus. ¶ Ad quartũ dicendũ ꝙ potẽtia passiua informat ex obiecto suo. ſꝫ potẽtia actiua ponit formã suã circa obiectũ: sicut pz de intellectu agente ꝛ possibili Unde sicut intellect⁹ diuin⁹ nõ informat reb⁹ q̃s cognoscit pẽntiã suã: ita nec volũtas ei⁹ informat reb⁹ q̃s amat: qz eas ꝓ bonitatẽ suã amat: ꝛ amando cõicat eis suã bonitatẽ. ¶ Ad q̃ntũ dicendũ ꝙ virtutes q̃ hñt materiã determinatã circa actus ꝛ passiones corporales: vl' q̃ importãt aliquẽ defectũ sicut fides nõ pñt habẽ exẽplar in natura diuina: ita. s. ꝙ ille vtutes in deo sint. ſꝫ hñt exẽplar in ĩtellectu diuino sic hñt reliq̃ res mãles. ꝛ iõ cũ charitas nullũ defectũ nec aliqõ mãle importet inueniẽt in deo pre quibusdã aliis virtutib⁹.

Ad secundũ sic procedit. videtur ꝙ deus nõ diligat omnẽ creaturã. quicq̃d enĩ de⁹ diligit ex charitate diligit. sed creature irrationales non diliguntur ex charitate vt supra dictũ est. ergo eas deus non diligit. ¶ Pter

sicut dicit philosophus in .viij. ethi. creature inanimate nō diligunt nisi amore concupiscētie: sicut patet de vino. ſz de⁹ non diligit amore cōcupiscentie: quia ipse bonorū nostrorū nō eget: ergo creaturas inanimatas nullo mō diligit. ¶ Ꝑ dilectio est causa electionis. sed deus non oēs etiā boīes eligit: ergo non oēs diligit. ¶ Ꝑ quicūq; diligit aliquid vult ei bonū. sed deus nō vult reprobis bonū quod est perfectū bonū. ſ. vitā eternā: quia si vellet haberent: ergo deus nō diligit omnē creaturā. ¶ Ꝑ non potest esse eiusdem ad idem amor ⁊ odiū. sed de⁹ aliquā creaturā odit Malach. j. Esau odio habui. ergo non omnē creaturā diligit. ¶ Sed cōtra. Sapi. xj. diligis omnia que sunt: ⁊ nihil odisti eorū que fecisti. ¶ Ꝑ dio. dicit q; etiā amor diuinus mouet superiora in ꝓuidentiā inferiorū. sed deus habet prouidētiā de oīb⁹ ergo ipse omnia diligit. ¶ Ꝑ Genē. j. dicit Vidit deus cuncta que fecerat ⁊ erant valde bona. Et Aug⁹. dicit q; per hoc significat q; omnia approbauit. sed nihil approbat nisi qō amat: ergo deus oīa amat. ¶ Ad⁹ dicendū q; amicicia sicut dictū est addit aliquid supra amorē: quia ad rationē amoris sufficit q; homo velit bonū quodcūq; alicui. ad rationē aūt amicicie oportet q; aliquis velit ei hoc bonū quod vult sibi vt. ſ. velit ꝺuersari cū ipso ⁊ ꝺuiuere in illis q̄ maxime amat. Sic ergo de⁹ cōiter loquēdo de dilectione diligit oīa inq̄ntū vult eis bonū aliquod. ſ. nāle ipsorū. ſz bonū quod ipse sibi vult. ſ. visionē sui ⁊ fruitionē qua ipse beat⁹ est vult q̄dē omni creature rōnali volūtate antecedente. sed volūtate cōsequēte solū electis: que est voluntas simpliciter. ⁊ ideo solos electos diligit amore amicicie. alia aūt diligit amore cōiter dicto inq̄ntū sunt bona. ¶ Ad ꝓmū ergo dicendū q; deus oīa. i. creaturas irrōnales ex charitate diligit: nō ſic charitatē hīs ad illa: sed sicut ordinans ea ad illa ad q̄ charitatē habet. ¶ Ad ſecundū dicendū q; q̄uis nos non diligamus creaturas inanimatas amore beniuolentie: qr eorū bonū nō est a nobis: deus tū eas diligit amore beniuolētie: qr p hoc q; eis bonum vult sunt: ⁊ bone sunt. tū deus q̄uis nō amet aliq̄d in concupiscēdo sibi: amat tū in cōcupiscēdo alteri vt nō fiat vis in verbo concupiscētie qui anxietatē non ꝓprietatē desiderij importat. ¶ Ad tertium dicēdū q; dilectio amicicie est illa q̄ electionē causat: ⁊ hāc nō hz ad oīa. ¶ Ad quartū dicendum q; deus oīb⁹ creaturis irrōnalib⁹ vult bonū eis ꝓportionatū: ⁊ cui⁹ sunt capaces. ⁊ ideo simpliciter loquēdo pōt dici q; de⁹ eas diligat. ſz reprobis volūtate ꝺsequēte fm quā simpliciter dicit aliq̄d velle vult q̄dē bonū nature: nō aūt bonū cui⁹ sunt capaces. ſ. gr̄e ⁊ glie nisi volūtate antecedente. ⁊ ſō n ō est dicendū q; diligat de⁹ eos simpliciter: ſz fm q̄d. ſ. inquantū sunt creature. ¶ Ad quintū dicendū q; non odit reprobos in q̄ntū creature sue sunt ſz inq̄ntū mali sunt: quod ab ipso non est.

Ad tertiuz sic procedit. videtur q; deus ab eterno nō dilexerit creaturas. dilectio enī nō est nisi boni. sed creature nō fuerūt bone ab eterno: ergo nō diligit eas ab eterno. ¶ Ꝑ dilectio significat diuinā essentiā ⁊ connotat effectū in creatura. ſz ea q̄ importāt effectū in creatura dicūt de deo ex tpe: sicut dīs ⁊ saluator ⁊ huiusmodi. ergo ⁊ diligē creaturas nō dicit de deo nisi ex tpe. ¶ Ꝑ dilectio vnit amantē amato. ſz res non potuerūt diuīgi vel vniri deo anteq̄z eēnt: ergo nō poterāt amari ab eo ab eterno. ¶ Ꝑ eorū q̄ silr se hnt est vna rō amoris. sed creature anteq̄z eēnt in nullo distinguebant: ergo nō erat in vno q̄re diligeret magis q̄z in alio: ⁊ ab eterno non dilexit electos nisi forte sicut alia. ¶ Ꝑ amans vult eē amatū. ſz de⁹ nō volebat eē creaturas anteq̄z eēnt: qr si voluisset eas eē fuissent: ergo non amabat eas anteq̄z eēnt. ¶ Sed contra. Ephe. j. Elegit nos ante mūdi cōstitutionē. ſz electio erat ex dilectione: ergo etiā ab eterno dilexit creaturas. ¶ Ꝑ dio. dicit. iiij. ca. de di. no. q; diuin⁹ amor fuit causa q̄re res fecit: ergo amor rerū fuit in deo anteq̄z res eēnt: ⁊ ita ab eterno. ¶ Ꝑ affectus boni sequitur cognitionē de bono. sed de⁹ ab eterno cognouit quicq̄d boni est in creatur⁹: ergo ab eterno dilexit creaturas. ¶ Ꝑ⁹ dicendū q; illa sola noīa ex tpe de deo dici pōt q̄ in ꝓncipali significato important aliquid quod in deo fm rem nō est sicut ea q̄ important relationē dei ad creaturā in ꝓncipali significato: vt dīs ⁊ huiusmodi. que quidē relatio fm rem est in creatura: ſz in deo est fm rationē tm̄. silr ea q̄ importāt in ꝓncipali significato actionē diuinā terminatam ad aliq̄d extra se: sicut causare ⁊ huiusmodi. amor aūt nō importat in ꝓncipali significato relationē sed operationē volūtatis cui⁹ operationes sicut ⁊ operationes intellect⁹ ꝓmanent ⁊ ab eis elicite in operāte manēt: ⁊ nō trāseunt ad constituendū aliq̄d in exteriori materia. ⁊ ideo amor deo ab eterno cōuenit. ¶ Ad ꝓmū igit⁹ dicendū q; q̄uis creature ab eterno nō fuerūt bone in ꝓpria natura: fuerūt tā bone in dei ꝓscientia. ¶ Ad ſecundū dicēdū q; non connotat effectū in actu ſz in habitu. ⁊ hoc est qr opationes aīe nō terminant ad aliq̄d extra operātē: vnde pōt extēdi etiā ad id qō est in actu. ¶ Ad tertium dicendū q; amor non vnit fm rem semp: sed est vnio affectus: que quidē vnio pōt haberi etiam ad illud qō est absens aut penit⁹ non existens. ¶ Ad q̄rtū dicendū q; q̄uis nō differēt fm id q; non erant in ꝓpria natura: tū differentiā habebant in dei ꝓscietia fm q; eor⁹ diuersitates futuras ꝓscibat. ¶ Ad quintū dicendū q; de⁹ volebat ab eterno creaturas eē: ſz nō eas eē ab eterno fm ordinē siue sapiētie.

Ad quartum sic ꝓceditur. videtur q; deus oīa eq̄liter diligat: quia ꝓuidentia vt dicit Dio. est effectus amoris. sed eq̄liter est illi cura de omnib⁹ Sap. vi. ergo omnia equaliē diligit. ¶ Ꝑ dilectio dei ad creaturas signat habitudinē ipsius ad creaturas. sed deus equaliē se habet ad omnia vt dicit pl̄s q̄uis omnia inequaliē se habeant ad ipm: ergo ipse equaliter omnia diligit. ¶ Ꝑ sicut diligit omnia ita cognoscit omnia. sed equaliter cognoscit omnia: ergo equaliter omnia diligit. ¶ Ꝑ idem actus non potest esse intensior ⁊ remissior: nisi fm diuersas sui partes. sed eodem actu simplici diligit omnia: ergo non diligit vnū plus altero. ¶ Ꝑ qua ratione diligit vnū plus altero. eadē ratiōe diligit aliquē q̄ndoq; plus q̄ndoq; minus: quia sicut vna res est melior altera ita idem fm diuersa tempora est melior seipso. sed deus non diligit aliquē q̄ndoq; plus q̄ndoq; min⁹: qr sic amor suus esset mutabilis: quod est impossibile. ergo nō diligit vnū plus altero. ¶ Sed contra. ꝓuerbi. xvj. Omnia ꝓpter seipsum operatus est dīs. Et simliter etiā diuersa ꝓpter seipsum operatus est dīs. Et ſz illud ꝓpter quod aliquid fit plus diligitur: ergo deus magis diligit se q̄z alia ⁊ inter alia magis amat vnuz q̄z aliud. ¶ Ꝑ charitas est bonitatis q̄dā bonū: ergo magis bonū magis amat. ¶ Ꝑ⁹ dicendū q; amor dupliciter mensuratur. Uno modo ex suo ꝓncipio: ⁊ sic dicitur magis amari illud ad quod damnādū efficacius voluntas inclinatur. ⁊ sic deus equaliter omnia diligit: quia in dilectione sua respectu cuiuslibet rei habet infinitā efficaciam in diligendo. Alio modo ex parte obiecti fm quod dicit aliquis magis diligere illud cui vult maius bonū. ⁊ sic deus dicitur magis diligere vnū q̄z aliud inquantū vult ei maius bonū. ⁊ ex hoc etiā habet maiorē effectū in illo: quia voluntas eius est causa rerū. ¶ Ad ꝓmū ergo dicendum q; equaliter est ei cura de omnib⁹ ex parte ſollicitudinis ipsius: sed ex nō parte eorū que eis ꝓuidet. ¶ Ad ſecundū dicendum q; dilectio non tm̄ importat id quod est ex parte dei: sed etiā id quod est ex parte creature cuiuslibet. di bonū ꝓout est a deo volitū in dilectione dei includitur. Et ideo quia creature non se habent equaliter ad deū: nec possunt equaliter bonitatē eius participare: ideo non equaliter omnia diligit. ¶ Ad tertiū dicendū q; cognitio est fm motū rei ad animā: amor aūt fm motū anime ad res. ⁊ iō cognitio mensuratur tm̄ ex parte cognoscētis: sed amor est

ex parte vtriusq; non enim dicitur magis cognoscere: quia maiorem rem inesse alicui cognoscit: sicut dicitur magis diligere cui maius bonū inesse vult. vnde non est simile de dilectione & cognitione. ¶ Ad quartum dicendū q; non dicitur magis diligere quia intensius diligit: sed quia maiꝰ bonū vult. ¶ Ad quintū dicendū q; ꝯtū ad affectū dilectiōis semper eundem equaliter diligit: quia semper vult ei idem bonū finaliter ꝯtus nō velit q; semp habeat eqle bonuz vel idem. & ideo fm effectū nō est equalis.

¶ Ad quintū sic proceditur. videt q; diligat plus iustū ꝓscitū ꝯ peccatorē predestinatum. Proverbi. ix. Ego diligētes me diligo. sed iste peccator predestinatus nō amat deū quē amat iustus ꝓscitus: ergo plus diligit iustū ꝓscitū ꝯ peccatorē ꝑdestinatū. ¶ Ꝑ magis bonū deus magis diligit. sed iste iustus est magis bonū ꝯ ille peccator: ergo magis a deo diligit. ¶ Ꝑ in ꝛa dicit q; membra vnigeniti sui ꝯ alios. sed peccator predestinatus non est membrū xpi: ergo minꝰ a deo diligit ꝯ iustus ꝓscitus qui est membrū xpi. ¶ Sed contra. dilectio causa est electionis. sed peccatorē predestinatū deus elegit: ergo magis diligit eū ꝯ iustū ꝓscitū quē non elegit. ¶ Ꝑ illū magis diligit cui maius bonū vult. sed peccatori predestinato vult maius bonū: quia vitā eternā: ergo magis eum diligit. Alterius videtur q; magis diligat penitentē ꝯ innocentē: quia gaudiū ex amore consequit. sed plus gaudet de penitēte vt patet Luc. xv. ergo plus eum amat. ¶ Ꝑ vbi homo magis operat magis diligit. ꝓpter qō vt phs dicit matres plus diligunt filios ꝯ patres. sed deus plus operat ad salutē penitentis ꝯ innocentis: ergo plus eū amat. ¶ Ꝑ affectus amoris ex effectu pensatur. sed maior amoris effectus videtur revocare inimicū ad amicitiā ꝯ amicū in amicitia conservare: ergo plus diligit penitentē ꝯ innocentem ¶ Sed cōtra. quod est diuturnius est magis eligendū & diligendū. sed bonū innocētis est diuturnius ꝯ penitentis: ergo magis diligitur a deo. ¶ Ꝑ supra dictū est q; resurgēs nunꝯ redit ad tantam dignitatē ꝯtus vnde redire possit ad tantā caritatē: ergo deus plus diligit innocentē ꝯ penitentē. Alterius videt q; diligat plus hominē ꝯ angelū: q; nunꝯ angelos apprehendit: sed semen abrae apprehendit. Hebre. ij. et sic plus fecit pro hominib⁹ ꝯ pro angelis: ergo magis diligit eos. ¶ Ꝑ homines pluribus modis sunt membra christi ꝯ angeli. s. ꝯtū ad conformitatē nature. sed membra christi magis diligit vt in littera dicitur: ergo boīes plus diligit ꝯ angelos. ¶ Ꝑ homines supra angelos collocauit. s. xpm & beatam virginē: ergo plus homines angelis diligit. ¶ Sed cō tra. dilectio causatur ex conuenientia amati cū amato. sed angeli sunt similiores deo vt dicit Greg. ergo angelos plus diligit. ¶ Ꝑ angelis in principio vel quasi glosiā contulit: nō autē hominib⁹: ergo angelos magis boīb⁹ diligit. Alteri⁹ videt q; magis diligat humanū genus ꝯ christū: quia ipsum pro redemptione humani generis dedit vt patet Jo. iij. ¶ Ꝑ bonū cōmune est diuinius ꝯ bonū vni⁹. sed bonū humani generis est bonū cōmune: bonū autē christi est bonū vnius singularis persone: ergo plus diligit humanū genus ꝯ xpm. ¶ Sed cōtra. per christū totū genus humanū fit deo acceptū: ergo christū magis diligit. ¶ Ꝑ datus est ei spiritus non ad mensurā: ergo plus eū diligit. ¶ Ꝑ⁹ dicendū ad primā questionē q; deus simpliciter loquēdo maius bonū vult peccatori predestinato ꝯ iusto ꝓscito. ꝛ vt nūc dicit ex parte dilectionis: sed magis ex parte obiecti: quia dilectio dei non variatur per tempora. ab eterno enī isti predestinato voluit maius bonum. vnde simpliciter concedendū est q; magis diligit predestinatū ꝯ ꝓscitū. & per hoc patet responsio ad obiecta: quia procedunt vt nūc. ¶ Ad secundam questionē dicendum q; ꝯtū ad bonū premij essentialis equaliter diligit penitentē & innocentē si equalem habeant charitatem: vel illum magis qui maiorem charitatez habet. sed ꝯtū ad premiū accidentale plus diligit innocentē propter dignitatē innocētie ad quā non potest pervenire penitens. ¶ Ad primū igit dicendū q; ꝯtus penitens resurgat in equali charitate: & ita bonū quod sibi vult deus sit eq̄le consideratū in se: est tū maius in opatione ad ipm cui datur. Sicut quāto aliqs est magis indigēs magis sibi impēsum reputat benefactū. & propter hoc dicitur deus & angeli plus gaudere de ꝛuersione eiꝰ: sicut hō plus gaudet de modico signo sanitatis alicuiꝰ infirmātis ꝯ de integra sanitate dum eam habebat. Vel dicēdū q; hic dicit ex hoc q; penitens frequēter magis humilis & feruens & cautus resurgit. ¶ Ad secundum dicendū q; deus non magis operat in eo cui de nouo infundit gratiā ꝯ in eo in quo eā cōtinuat: sicut nec sol illuminās aerē tenebrosum plus ꝯ cōtinuans lumen. nihil enī pōt subsistere nisi dei opatio ꝓtinuet in ipso. ¶ Ad tertium dicendū q; ꝯtus sit magis respectu illiꝰ qui liberat: non tū est magis simpliciter. ¶ Ad tertiā questionē dicendū q; ꝯtū ad bonū nature plus diligit deꝰ angelū ꝯ hominē. ꝛ ꝯtū ad bonū glie se hñt vt excedētia & excessa q; quosdā boīes plus: & quosdā angelos plus: & quosdā eq̄liter: q; boīes erūt eq̄les angel: & quidā etiā sapiores angel & vnicuiq; puidit fm exigētiā nature & status sui. Et p hoc patet responsio ad obiecta: Nō enī plus diligit pater filium infirmū ꝯ sanū: quia ei impendit remedia q̄ nō impēdit sano. ¶ Ad quartā questionē dicendū q; xpm diligit nō solū plus ꝯ boīes ꝛ etiā plus ꝯ totā creaturā: nō solū ꝯtū ad diuinā naturā ꝛ etiā ꝯtū ad humanā inq̄ntū eam predestinauit ad maius bonū. s. advnionē diuine psone. ¶ Ad primū ergo dicēdū q; in hoc etiā q; xps pro boīb⁹ fuit datus maximū bonuz ipsi xpo fuit fm q; in hoc virtus sua manifestata fuit: & causa fuit salutis humane: quod est sibi valde honorificū. ¶ Ad secundū dicendū q; ꝯtus sit singularis persona xpi: tñ est causa vniuersalis salutis humani generis: & causa prestātior est causato. Premissis adiiciendū. Videt q; h̄ in primo libro determinare debuerit. Et dicendū q; etiaz in primo libro poni ꝛueniēter potuit inq̄ntū diuina dilectio est diuina essentia. & hic poni cōgruenter pōt inq̄ntū est exēplar nostre dilectionis. Dilectio dei vsia est. Est enī essentia & dilectio in deo idem re: sed differt ratione tñ vt in primo libro dictum est.

DISTINCTIO .XXXIII.

¶ De quattuor virtutibus principalibus.

POst predicta de quattuor virtutibus que principales uel cardinales vocant differēdū est: q̄ sunt iustitia: fortitudo: prudentia & tēperātia. De quib⁹ Aug. ait Justitia est in subueniendo miseris: prudentia in precauendis insidijs: fortitudo in pferēdis molestijs: temperātia in cohercēdis delectatiōib⁹ prauis. De his dicit in libro sapiētie: Sobrietatē & prudentiā docet iustitiā & veritatē Sobrietatē vocat temperantiā & veritatē vocat fortitudinē. De virtutes cardinales vocant ut ait Piero. quib⁹ in hac mortalitate bene viuit: & post ad eternā vitā puenit: Que in xpo plenissime fuerūt & sunt. De cuiꝰ plenitudine nos accepimus. In quo habuerūt vsus eosdē quos in patria hñt: & quosdā etiā vie. verūtn an he virtutes cū ipse in aīo eē incipiant: q̄ cū fine illis priꝰ eēt: tñ animus erat: desināt eē cū ad eterna ꝑduxerint: nōnul

la questio est. Quibus dã visus est eẽ desituras. ⁊ de trib⁹ quidẽ prudẽtia. s. fortitudine ⁊ temperãtia cũ hoc dicit non nihil videt dici. Justitia enĩ imortal' est: ⁊ magis pficiet in nobis q̃z eẽ cessabit: Cũ beate viuem⁹ nature ꝓtẽplatione diuine q̃ creauit oẽs ce teras q̃z instituit naturas q̃ nihil meli⁹ ⁊ amabili⁹ ẽ. Cui regẽti eẽ subditũ iustitie est. Et ideo imortalis est oĩno iustitia. nec in illa btitudine eẽ definet: sed talis ac tãta erit ut pfectior ac maior esse nõ possit. Fortassis ⁊ alie tres virtutes prudentia sine vllo iã periculo errois: fortitudo sine molestia tolerãdo/ rum malor̃: temperãtia sine repugnãtia libidinũ: erũt in illa felicitate: ut prudẽtie ibi sit: nullũ bonũ preponere deo uel equare: fortitudinis ei firmissi/ me coherere: temperãtie nullo defectu noxio dele/ ctari. Quod vo nũc ait iustitia in subueniendo mi seris: q̃ prudẽtia in precauẽdis insidijs: q̃ fortitu/ do in pferẽdis molestijs: q̃ temperãtia in cohercẽ/ dis delectationib⁹ prauis nõ erit ibi oĩno vbi nihil mali erit. Jsta igit virtutũ opera huic mortali vite necessaria sicut fides ad quã referẽda sunt in futu/ ro habebunt. Ecce aperte dicit August. q̃ predicte virtutes in futuro erũt: sed alios vsus tũc habebũt q̃z mõ. Cui Beda consentit sup Exodũ ita dicens: Colũne ante quas apprehensuz est velum potesta/ tes celi sunt quattuor eximijs virtutib⁹ preclare. i. fortitudine: prudentia: temperãtia: iustitia: que ali/ ter in celis seruant ab angelis ⁊ aĩab⁹ scis q̃z hic a fidelibus. Et ꝓsequẽter assignat Beda vsus illarũ virtutũ sm presentẽ ⁊ futurũ statũ imitãs Aug. in premissis assignationibus.

¶ Postq̃ determinauit magister de virtutib⁹ theologicis hic determinat de virtutib⁹ cardinalib⁹. Et diuidit in par tes duas. In prima determinat de ipsis cardinalib⁹ virtuti/ bus sm se. In secunda ostẽdit in quib⁹ eẽ habeant ibi: Que in xp̃o plenissime. Prima diuidit in tres. In prima enume rat eas. In secũda ostẽdit actus earũ ibi: De quib⁹ Aug. In tertia ostẽdit qualiter cardinales dicantur ibi: De virtutes cardinales. Que in xp̃o ⁊c. Hic ostẽdit in quib⁹ sunt virtu tes cardinales. Et diuidit in duas partes. Primo ostendit quot sunt ⁊ fuerũt in xp̃o. Secũdo inq̃rit vtrũ future sint in patria ibi: Uerũtn an he virtutes ⁊c. Et circa hoc duo facit Primo mouet questionẽ. Secũdo determinat eã ibi Augu stinus autẽ. xiiij. li. de tri. ¶ Hic est triplex questio. Prima de virtutib⁹ mozalib⁹ in cõi. Secũda de virtutib⁹ cardinali bus. Tertia de partibus earum.

¶ Questio Prima.

Circa primũ quer̃t q̃ttuor. Primo de distinctiõe mozaliũ virtutũ ab inuicẽ. Qualiter enĩ ab intelle/ ctualib⁹ ⁊ theologicis distinguãt supra. xxiij. di. di ctũ est. Secũdo q̃rit de cã efficiẽte earũ vtrũ sint. s. a nã vl p infusionẽ: vl p acquisitionẽ. Tertio de medio qđ in eis req/ ritur. Quarto vtrũ in patria euacuent.

Ad primũ sic ꝓcedit. videt q̃ oẽs virtutes mozales sint vna virt⁹. Augu. enĩ dicit in li. de mozib⁹ eccl'ie: Nihil virtutẽ eẽ affirmauerim nisi summũ amorẽ dei. s̃z amor dei q̃ est charitas est vna virt⁹ vt ex dictis pz: g̃ oẽs virtutes sunt tñ vna virt⁹. ¶ Ꝑ vbi est vnũ formale nõ põt eẽ diuersitas nisi material'. s̃z oẽs virtutes mozales cõue niũt in vno formali: q̃z cõpletiuã rationẽ virtutis hũt sm q̃ intellectũ ⁊ rationẽ accipiũt vt in. vj. ethi. dicit'. ergo nõ dif/ ferũt nisi materialiter: ⁊ nõ differũt sm spẽm. ¶ Ꝑ potẽtie apprehensiue magis diuersificant: vel nõ min⁹ q̃z appetitiue: ergo ⁊ habit⁹ sil'r cũ potẽtijs ꝓportionent. sed vnus ha/ bitus cognoscitiu⁹ est omniũ que ad virtutes mozales per/ tinẽt sicut patet de sciẽtia mozali: ⁊ de ipsa prudẽtia que est esse recta ratio agibiliũ vt dicitur in. vj. ethi. ergo ⁊ virtutes mozales nõ debẽt eẽ distincte sm speciẽ. ¶ Sed cõtra. p se accidẽtia sm speciẽ distinguũt ex sola differẽtia subiector̃ q̃ in eor̃ diffinitionibus ponunt. sed virtutes mozales sunt etiaz in diuersis subiectis: cũ quedã sint in rationali: quedã in cõcupiscibili: quedã in irascibili: ⁊ semp in eisdẽ: quia/ rũ perãtia nunq̃z est in irascibili ⁊ ceteris: ergo videt q̃ virtu/ tes mozales specie distinguunt. ¶ Ꝑ plures forme vni⁹ spe/ cei non pñt esse in eodẽ subiecto. sed plures virtutes mozales pñt eẽ in eodẽ etiã sm partẽ eandẽ aĩe: sicut fortitudo, te/ mãsuetudo sunt fil'in irascibili: ergo differũt specie. ¶ Ul teri⁹ videt q̃ alie virtutes mozales a prudentia non distin/ guant. eor̃ enĩ que ex opposito diuidunt vnũ non ponit in diffinitione alteri⁹. sed prudentia est recta ratio que ponit in diffinitione mozaliũ virtutum vt pz in. ij. ethi. ergo moza/ les virtutes a prudentia non distinguunt. ¶ Ꝑ ad virtutis actũ non exigit nisi cognitio ⁊ operatio. sed totũ hoc prudẽ/ tia facit: quia prudens non solũ cognitiuus sed etiã actiuus est vt in. vj. ⁊. vij. ethi. dicit: ergo idem quod prius. ¶ Ꝑ sic prudẽtia est recta ratio agibiliũ: ita ars est recta ratio factibiliũ vt dicit. vj. ethi. sed in factibilib⁹ nõ distinguunt aliq habit⁹ exequẽtes ab artib⁹ que sunt habit⁹ dirigẽtes: ergo nec in agibilib⁹ mozales virtutes q̃ sunt exequẽtes sunt dis/ tinguẽde a prudentia dirigẽte. ¶ Sed cõtra. virtutes moza/ rales ab intellectualib⁹ distinguunt vt supra dictum est. sz prudentia est intellectualis virt⁹ vt in. vj. ethi. pz: ergo a vir/ tutibus mozalib⁹ distinguit. ¶ Ꝑ habit⁹ distinguunt per actus. sed Aug. assignat aliũ actũ prudẽtie: ⁊ alijs virtutib⁹ mozalib⁹ vt pz in lra: ergo distinguunt ab inuicẽ. ¶ Ulte/ rius videtur q̃ nec ab alijs tribus virtutibus in littera posi/ tis relique mozales virtutes distinguant. pars enĩ nõ dicit' contra totũ: harũ alie omnes partes esse dicunt a tullio: ergo ab eis non distinguunt. ¶ Ꝑ ꝓpzietates reum spirit/ tualiũ ex earũ nominib⁹ innestigant vt patet per Dionysiũ. sed nomẽ temperãtie temperiem ⁊ modũ quendam impor/ tat. similiter autẽ nomẽ fortitudinis indeficientiã respectu difficilium. nomen autẽ iustitie equalitatẽ vel rectitudinẽ. vnde iustũ equale dicim⁹ ⁊ quasi regulatũ: vt ex. v. ethi. pa/ tet. cũ ergo hec requirant in qualibet virtute mozali videt q̃ alie virtutes mozales ab istis nõ distinguant nec ipse ab inuicẽ. ¶ Ꝑ omne peccatũ non expellitur nisi per omnẽ vir/ tutẽ. sed per iustitiã expellit omne peccatũ. vt patet in iusti/ ficatione impij: ergo ad min⁹ ab ipsa alie virtutes mozales non distinguunt. ¶ Sed ꝓra. nihil est principale respectu suiipsius. sed he virtutes dicunt cardinales vel principales respectu aliarũ: ergo ab eis distinguunt. ¶ Ꝑ habit⁹ distin/ guunt per actus ⁊ obiecta. sed istis virtutib⁹ assignant⁹ di/ uerse materie speciales vt infra patebit: ergo sunt speciales virtutes ab alijs ⁊ a se inuicẽ distincte. ¶ Ad ꝓmã questionẽ q̃ cuz vnũquodq̃ quod est ad finẽ determi/ minet sm exigentiã finis potẽtie ⁊ habit⁹ qui ordinant ad act⁹ sicut ad vltimã perfectionẽ oportet q̃ sm actus diuer/ sos distinguant: sicut etiã potẽtie materie distinguũt pre/ lationem ad diuersas formas. non autẽ quelibet diuersitas actuũ facit differentiã potentiarũ ⁊ habitũ: sed illa tñ que ex diuersitate obiector̃ a quib⁹ actus specificant sicut mo/ a terminis. solũ autẽ illa differẽtia terminoz̃ facit diuersi/ speciem motus que attenditur sm illam rationẽ sm quam terminat motũ. vnde q̃ descensus terminetur ad quam vl ad terram non facit diuersam speciem motus localis: quia motus localis non erat ad terram vel aquam inq̃ntũ huiusmodi sed inquantum deorsum sunt. Generationes autẽ diuer/ ferunt sm speciem que terminantur ad formas aque ⁊ tere. et similiter obiecta diuersa nõ diuersificãt actus sm speciẽ nisi sit diuersitas sm illam rationem sm quã est obiectum.

Videre enim album ⁊ nigrū non sunt diuersi actus ſm ſpe
ciem: qz vtrūqz eſt obiectū viſus ſm vnā rōnem inquātū.ſ.
ſunt colorata viſibilia actu per lucē. ⁊ inde cōtingit qp quā
to aliqui habit⁹ vel potētie ſunt immaterialiores tāto ſunt
vniuerſaliores ⁊ minus diſtinguūt: quia attendūt vniuer
ſaliorē rationē obiecti: ſicut quinqz ſenſib⁹ ꝓprijs corresp̄ō
det vnus ſenſus cōmunis ⁊ vna imaginatio. Sciendū ta
men qp cū plures habitus quādoqz ſint in vna potentia ali
qua diuerſitas ſufficit ad diſtinguendū habit⁹ que nō ſuffi
cit ad diſtinguendū potentiā: qz potentia alio mō cōparat
ad actū q̄ habitus. vnde ⁊ ſm alterā rōnē obiectū vtriqz re
ſpondet. Potentia enī eſt p̄ncipiū agendi abſolute: ſed ha
bitus eſt p̄ncipiū agendi ꝓmpte ⁊ faciliter. ⁊ ideo obie
ctum ſm illam rationē qua ſe habet ad actuz ſimpliciter re
ſpondet potētie: ſz ſm qp ſe habet ad facilitatem actus re
ſpondet habitui. Et ideo diuerſitas materie vl obiecti in oz
dine ad ea que faciunt facilitatē in actu facit diuerſitatē ha
bitus ⁊ nō potētie. Et inde eſt qp in ſpeculatiuis diuerſitas
materie ſcōm qp eſt determinabilis per diuerſa media ⁊ p̄n
cipia ex quibus eſt facilitas conſiderationis facit diuerſas
ſcientias: ſicut naturalis que eſt ex effectib⁹ ⁊ bis que appa
rent ex ſenſu demonſtrat a mathematica differt q̄ circa ſuā
materiā ex eiſdem p̄ncipijs ⁊ mediis ꝓcedere nō poteſt
ſicut autem in ſpeculatiuis eſt p̄ncipiuz demonſtrationis
⁊ medium: ita fines ſunt in operatiuis vt dicit in.vij. Ethi.
Ex eorum enī intentione ꝓcedim⁹ in ea que ſunt ad finez
ſicut ex dignitatib⁹ in cōcluſiones. ⁊ ideo ſcōm relationē ad
finem omnes morales habitus diſtinguunt ex quo p̄ma
ſumpta eſt differentia boni ⁊ mali: quia bonū importat fi
nem ⁊ ſcōm hoc virtutes a vicijs diſtinguunt ⁊ in virtutib⁹
ꝑ vbi inuenitur diuerſa ratio boni ſūt diuerſe virtutes ſcōm
ſpeciem. Bonum autē ad quod humane virtutes ꝓxime
ordinant eſt bonum rationis contra quā eſſe eſt malum ho
minis vt dicit Dionyſius in libro de diui.nomi. ⁊ quia nō
in omnib⁹ materijs moralib⁹ eodē modo inuenit rationis
bonū vt patet. ideo oportet diuerſas virtutes morales eſſe
ſpecie differentes. ¶ Ad p̄mū igitur dicendū qp ſicut ſu
ꝑa dictum eſt. Duplex eſt amor vnus naturalis ⁊ hic inue
nitur in omnib⁹ virtutib⁹. Unde talis amor nō appropria
tur charitati: ſz eſt cōmunis omnib⁹ virtutibus. ⁊ ſi de hoc
amore loquit aug⁹. Patet qp nō probat qp ſit tātū vna virt⁹.
Alius aūt eſt amor aīalis qui ſm qp eſt in ſuperiori appeti
tu ⁊ gratuitus ad virtutē charitatis pertinet. ⁊ hic quidam
amor inuenit in oīb⁹ virtutib⁹ nō quaſi idē per eſſentiā eis
ſz inquātū participat ab ipſis ꝓut ſunt a charitate impera
te. ¶ Ad ſecundū dicendū qp id qō eſt ratiōis ⁊ intellectus
nō eodē modo participat in materijs oīuz moraliū virtutū
ſed in diuerſis materijs diuerſimode mediū rōnis recte in
ueniatur. ⁊ ideo talis materie diuerſitas diuerſitatē forme
ſpeciei cauſat: ſicut etiā accidit in naturalibus qñ diuerſe
materie nō ſunt ꝓportionate ad recipiendū formam vnius
rōnis ¶ Ad tertiū dicendū qp in oībus moralib⁹ inuenitur
vna ratio veri qō eſt verū contingens in hoīs actione conſi
ſtens. ⁊ ideo ad vnū actū cognoſcituū pertinēt. Inuenitur
enim in eis ratio boni diuerſa ſm qp in diuerſis diuerſimo
de ordo ratiōis cōſtituitur. ⁊ ideo ex parte appetitiue opor
tet qp ſint diuerſi habitus qui dicuntur virtutes morales.
¶ Ad ſecūdā queſtionē dicendū qp ſicut ſpeculatiua ratio
dicit eſſe recta ſm qp ſe cōformiter ad p̄ma p̄ncipia habet
ita etiam ratio practica dicit recta ratio ſm qp ſe habet con
formiter ad rectos fines. Inclinatio autē ad finem ad appe
titum pertinet. ⁊ ideo in.vj. Ethico. dicit qp veritas ⁊ recti
tudo rationis practice eſt ſm qp ſe habet conformiter ad ap
petitū rectū. appetit⁹ aūt reſpectu alicui⁹ ē rect⁹ naturaliter
ſicut reſpectu finis vltimi ꝓout quilibet nāliter vult eſſe ſe
lix: ſz reſpectu aliorū rectitudo appetit⁹ ex ratiōe cauſat ſm
qp appetitus aliqualiter ratione participat vt in.ij. etbi. di
citur: ⁊ qz ꝓudentia facit rationē rectā. ideo p̄ter p̄udē
tiam requirunt alie virtutes morales que faciūt appetituz
rectum in his in quib⁹ naturaliter rect⁹ non eſt: ⁊ quia bo
num rōnis non eodē modo inuenitur in ipſa rōne ⁊ in bis
que rectitudinē rationis participatiue habent. ideo ſm ea
que p̄ius dicta ſunt morales virtutes ſunt alij habitus ſm
ſpeciē q̄z ꝓudentia. ¶ Ad p̄mū igit dicendū qp quādo ali
qua cōdiuidunt equaliter recipientia cōmunis ꝓdicatio
nē tunc vnū non ponit in diffinitiōe alterius: ſz quādo cōe
ꝓdicat de eis per ꝓi⁹ ⁊ poſterius: tunc p̄imum ponit in
diffinitione aliarū: ſicut ſubſtātia in diffinitiōe accidentiū
⁊ ꝓpter hoc ꝓudentia ponit in diffinitiōe aliorū virtutuz
